


NAZIONALE
BIBLIOTECA
VITT. EMANUELE
8
37 G
13
ROMA


Compendium priuile-giorum fratrum minoꝝ/necnon ⁊ aliorum fratrum mendi-cantium ordine alpha-betico congestũ.








Ad quem venit rex e celo amictu sera-phico/sex alarum tectus velo aspe-ctu pacifico/affixusqꝫ crucis te-lo portentu mirifico.



M D X X V I.

Reuerendissimo in Christo patri p. fratri Francisco de angelis generali ministro totius seraphici ordinis minorum frater Alphonsus de Casarrubios hispanus: prouintie sancti Jacobi subditorum suorum minimus accommodam reuerentiam.



Consideranti mihi amplissime Pater: nostrorum priuilegiorum Monumenta/ sua magnitudine pene infinita/ sua obscuritate impuia: varietate sua sepe secum pugnantia/ auida insedit cogitatio/ pro mea et aliorum rudium eruditione: qua videlicet via possit eorum immensitas breuiari: illustrari tenebrositas: et discordantia in vnum conciliari. Qua cura cum diu distringerer: tandem placuit Supplementum/ Compendium/ et Concordiam ordiri: vt qui priuilegiorum mole premuntur/ ad Supplementum confugiant: qui eorum tenebris errant/ sequantur Compendium: qui sunt conturbati eorum pugnis/ Concordia exhilarentur. At dum operi intendo: importuna aliquorum diligentia/ qui precocos festinant colligere fructus/ exiit Supplementum inauspicatum in publicum. Qua propter ad me id sedulo aduocans: que castiganda erant correxi: atque nonnulla que deerant addidi. Verum quia funiculus triplex difficile rumpitur:

duos illi commilitones sub vna literarum serie veluti contubernales adiunxi: Compendium videlicet & Concordiam. Que omnia tibi reuerendissime/ac colendissime pater ea mente mitto: qua te vnicum beatissimi patris nostri Francisci successorem/omnia minoritani ordinis diuina & humana gubernantem suscipimus/& veneramur omnes quotquot Francisco seraphico nomina dedimus: in eiusq3 iurauimus regulã. Quod & si omnes minorite id summopere conẽtur: nos quãto plausibilius Hispani: qui te tãto dignitatis fastigio/ac summe nostre religionis gloria ex primoribus Hispaniarum/ac regio sanguine & nunc dedimus/& toties verum prelatum/vicariumq3 sancti Francisci experti sumus. Accipe igitur religionis nostre iubar qualecunq3 hoc obsequium: & que tua est summa potestas/obseruantissima religio / longa & oculata experiẽtia/rescinde que superfsunt: que desunt adde: & si que sunt probãda tuere/& defende: & huius tibi obsequentissimi seruuli/atq3 vtinam boni / aliqando memento. Uale.

Distichon.

Suscipe tantillos presul venerande labores:
Quos me Francisci sumere iussit amor.

Ad lectorem Distichon.

Perlege cuncta velim: scio te me vera fateri
Dicturũ: grates habiturũq3 inde decentes.


Atis superq; optimus quisq; nouit parentem oium reru cu/ctos hoies alioru gra creasse. Qd diuinus ille Plato & cognosces/& cotemplans ad bene beateq; viuendu hisce vbis iam olim p os latine eloquentie ptulerat: Nō solum nobis (inquit) nati sumus: ortusq; nri partē patria vendicat/partem amici. In cuius sententiā pedibus currens: ne vitam sub silentio trāsirem: veluti pecora que natura prona/ac vētri obedientia finxit: p mea virili suz conatus/vel minoribus nōnihil pdesse fratribus: quoz minimus ego sum. Qui cuz sepenumero viderem/tū pene infinitā multitudinē priuilegioz/bullaz/breuium/& concessionum: ceterorūq; largitoz a sacrosancta sede aplica diuersis tpibus ad cōseruationem ordinis nri seraphici ducis beati frācisci: necnō alioz sacroz mendicantiū ordinū tū anxietatē multiplicē in extricādis/intelligēdis/distinguēdis/cōciliandis/atq; ad concordiam reducendis: cepi mecū attentius cogitare: quonā pacto huiuscemodi laborioso sudori subuenire/opemq; ferre valerē: vt facilius/distinctius/cōpendiosius/certiusq; & legerent: ac in futuz ab oibus intelligerentur. Cui operi (si me nō mea fallit opinio) nomē cōpēdiū/Cōpendiū/bene merito pōt adaptari. Quēadmodū etiā opusculū alteꝝ/in quo multa nouiter concessa/ & alia que nri ordinis Monumentis deerāt/non minus suppleta fuere/Supplementū sane appellandū censuimus: Cōpendium nāq; appellare nō veremur/qd vnusquisq; ex fratribus/vel ingētibus suis occupationibus/curis/atq; negotijs ppeditus breuissimo possit tpe pede sicco transcurrere/atq; finire. Ea

Ratio denoiatiōis presentis operis:

enim/que vix toto vite decursu p̄ nimia multitudine/ꝯfusione/nec cognosci/nec legi poterant: deinceps ad istud nostrū opusculū occurrētes/ eius pcedēdi ordinato pgressu satis intellecto/ poterūt ex indultoꝝ q̄driga sacroꝝ mēdicantiū ordinū exhaurire(vel etiā iuniores frēs)arcana/q̄ nr̄is maioribꝰ haud reserata fuere. Ideoq3 posthac optimi frēs/ne vos peniteat istud nr̄um voluere sepe libellū: cū iā diu ꝑsuasū3 sit multis ex vobis/illum(nr̄a tn̄ regula ꝓposita) scd̄m vite librū noiare. ¶ Verum ne quempiā huius nr̄i operis lectorem insuetum p iter deuiare ꝯtingat: placet (ne forte illum ignorantie precipitium aliqua cespitatione depellat) eidez ipsi viam aperire planā: ⁊ quasi offensionis lapillos a pedibus remouere suis: ramosq3 dēsos a capite eius amputare libet. Ne ergo vagari incipias mi cādide lector: indicē in primo libro apto te ꝯsulere op3: vt folioꝝ vices nō sit opus v̄sare toties. Ut vero oia q̄ in hmōi cōpendio/ qđ ꝓ cōi vtilitate mendicātiu3 ordinu3/ nō tm̄ in Hispaniaꝝ partibus verūctiam vbilibet cōsistentium/aliorūue religiosoru3/qui eorūdem priuilegijs gaudent ordinatu3 est/ab omnibus prefatis precipue intelligi queat/operepreciu m est in primis aliqua premittere. ¶ Sciendu3 est primu3/in prouintia sancti Jacobi a viginti annis retro lapsis per quosdā minores regularis obseruationis fratres/rex dictoꝝ ordinum nō parū eruditos/ex eorundē priuilegijs duas cōpilationes editas fore: quarum quelibet Monumēta ordinis minoꝝ intitulata est: Quorum exēplo ductus nuper(vt supra mentionem fecimus)alia3 cōpilationem sub noie Supplementi in lucem dedimus: Ex quibus omnibus hoc

Prologus.

Cōpendium alphabetico ordine ↄgestum ex p̄cepto reuerendissimi p̄ris fratris frācisci de angelis totius predicti ordinis mi. gñalis ministri edidimus. In hoc autem libello nemo/ sicut in ceteris priuilegiorum libris/ poterit allucinari/ seu oberrare. Nā que in ceteris ↄfusa erāt: velutiq̄ȝ in immēso pnigroq̄ȝ chaos ↄdebant̄ mixta/ ac laboriosa fuere mora reperta: in isto distincta/ ⁊ ordinato ꝑgressu in ictu oculi (si dicere lȝ) reperient̄: Quapropter hūcce libellū nō abre Cōpendiū libuit appellare: in quo precincta breuitate (nec tñ rerꝫ oium abscisa copia) veluti in bñ culto ac ameno hortulo: q̄ immēsa librorꝫ papyro dispersa fuerāt recōdunt̄. Unde fiet vt quicūq̄ȝ hoc Cōpendiū apud se habuerit: nullatenus indigeat reliq̄s priuilegiorꝫ libris: nisi cū casus euenerit/ vt aliq̄d in iudiciali foro ostēdere sit opus/ aut cū nimia curiositas hoc expetinerit. ¶ Dehinc sciendū est hmōi opusculum subsequēti modo ⁊ ordine esse ꝑfectum. Ponūtur enim in q̄libet dictione/ seu mā/ oēs summi Pōtifices q̄ circa illā aliq̄d ↄcesserunt/ aut statuerūt ꝑcedendo ordinate iuxta illorꝫ antiquitatem: ita ꝙ antiquitate priores in quauis mā semper preferuntur: ⁊ priores ponunt̄ suis sedibus ordinatis vsq̄ȝ ad Leonē. 10. peruenusta ꝑcessione ⁊ successiū/ q̄ꝗ̄ meo labore maximo/ sed (vt reor) nō mutili. Iuxta qđ cauenduȝ erit nequis priora cuiuſq̄ȝ dictionis/ seu māe absq̄ȝ posteriorꝫ lectione velit iudicare/ aut seq̄: cū aliquoties nō respōdeāt vltima primis. Ordo tñ predictus quādoq̄ȝ propter ampliorem distinctionem/ ⁊ claritatē mārum/ ꝑsertim in dictionibus Absolō/ ac Indulgētia/ ⁊ in q̄busdā aliis variatus est: In huiusmodi enim dictionib⁹ p̄-

De modo/ ac ordine ꝑcedendi in sequenti opere.

ponunt oia/q directe fratribus puenīūt minoribus: et subsequunt q ad alios mendicātes cōcernunt: sed p cōicationem ad pfatum etiā ordinem mi. ptinent. ¶ Aduertere etiam oportet in plerisqz dictionibus pcipuas mās priuilegiorū ptinentibus/quasdā distinctiones deseruiētes qplurimū ad intelligentiā eorum/q inferius annotant ante positas esse. Pro hmōi aūt distinctionibus deseruiūt numeri quotationū qui in marginibus iuxta pcessiones ponunt. Cōferūt etiā pfati numeri ad inueniendū remissiones/ q in hoc cōpendio de ptentis in eodem ad varias dictiones eiusdē Cōpēdij sepe fiūt. ¶ Scire vlterius expedit: vt qz summorum pōtificum lre (vt vulgo sepenumero fert) tm valent qtus sonāt (in multis eniz ex ipsis solet esse sepe p ratione voluntas) ea ppter oia/q in hoc opusculo cōtinentur: ad lram fere (paucis tñ dūtaxat abstractis/mutatisqz vbis) ppter meliorem ordinationis puentum traducta sunt. Omisimus aūt omnino principia finesqz bullarum/et breuium/nisi vbi hec pro intelligentia pcessionum/aut ordinationuz exigebantur. Solū enim medullaz seu granum priuilegiorum/ossibus / paleisqz procul pulsis transcribere curauimus.

Declaratio breuiaturarum in hoc libro cōtentarum.

¶ Aliud qd euestigio legēti pmonstrare voluimus est: q vt ambigat sane mētis nemo me fideliter vndequaqz traduxisse: in cuiusqz pcessionis/seu ordinatiōis calce appositū esse/quoto/qualiue priuilegiorum libro extracte sint: characteribus qbusdā/numerarijsqz signis id insinuātibus. Cum enim tu amate lector lrās seorsum exaratas/seiunctasqz reperies: que quoto libro/quoto folio/quoue tractatu concessiones ille prescripte sunt/sua breuitate cōmonstrant.

Ex qbus lris primũ.f.simplicē tibi assigno:qđ cũ inuenies in fine ↄcessionum seorsum exaratũ videas qd innuat.fo.idest foliũ:⁊ nõ foliũ de hoc libro:ʒ đ libro Monumēta ordinis ꝑme ipsiõis vulgariter nũcupato. Si vo gem natũ ff.intueberis:vide qd sibi velit.ffo.idest foliũ in libro p̄fato Monumenta ordinis scđe impsʼsionis. Tunc quoqʒ si triplicatum.fff. inspexeris:videas quid moneat.fffo.idest folium in libro/quem Supplementuʒ appellari diximus. Cũ vero quepiã de his tribus codicibus in nostrũ Cõpendium traducta/alia sint sub autenticatis bulla/seu breui/aut oraculo viue vocis: quedã aũt absqʒ autenticatione ↄsistant/libuit euestigio suppositis aliis qbusdã lris ambiguitatē hmõi abolere/eisdēqʒ characteribus verã certitudineʒ breuiter indicare. Lre aũt sunt.b. B.o.O. Ecce enim cũ reperies istud.B. maximũ/ex bulla/seu breui/⁊ sub autētico ꝓculdubio ↄsistere cēsebis. Qñ tñ.b.paruũ offenderis idipsum p bullã/aut breue obtentũ scito extitisse:nõ tñ sub autētico ↄsignatum intelliges. Jã tũc si.O.magnũ obuiã incideris:illud viue vocis oraculo flagitatum fuisse psuasum habeto: idēqʒ sub autētico ↄsistere scias. Sʒ cũ.o.paruũ apparebit: itidē viue vocis oraculo expostulatũ:nõ tñ sub autētico arbitrabere ↄtentũ. ¶ Jd vnũ tādē mihi superest in huius p̄fationis portu lectorē admonere:me i fine nõnullaꝝ ↄcessionum q̃ aliqbus forsan obscure/atqʒ difficiles videri poterãt:seu in qbus aliqd addendũ/elucidãdumqʒ operep̄ciũ visũʒ est/aliquas additiones ⁊ declarationes apposuisse/ꝓut tã ex multiplici lectione/q̃ʒ ex colatione cũ eruditissimis/ac probatissimis patribus ordinis/

necnō ⁊ iurisperitis recolligere potuimus. Sz vt prefate additiones a concessionibus/seu statutis quibus adiuncte sunt euidenter distincte apparerent: e regione vniuscuiusq3 ipsarum posita est hec dictio Collector. ¶ Gratulabitur ergo regularium institutionum studiosa iuuentus/id nouitios breui assequutos: cuius nec exiguam partem post diuturnos sudores patres emeriti vix tandem sibi thesaurizare valebant: nostreq3 sedulitatis/⁊ officiosi laboris non immemor/vt huiusmodi labor in cōspectu altissimi sit gratus/ deprecabitur.

Ad lectorem Distichon.

Que fuerant varijs longe voluenda libellis:
Ocius hoc poteris stringere fasciculo.

¶ In laudem seraphici francisci minorum patriarche.

Dux/pater/⁊ custos salue francisce minorum/
Et que paruus ait filius aure nota.
Tu pater in toto merito es celeberrimus orbe:
Cuius honoratum nomen ad astra ferunt.
Qui crebro insōnes poteras traducere noctes:
Et tenues lachrimis vrere sepe genas
Dum christi assidue repetebas mente labores:
Et crucis horrendum sed pietatis opus.
Spernere diuitias/⁊ regia tecta solebas:
Ultima quo vere fata sequantur opes.
Non tantum tibi dona dedit pro paupere vita
Christ⁹: habet meritis multa sed ordo tuis.
Que quia diuersis fuerant diffusa libellis:
Ut pariter coeant hoc epithoma facit.

Hic sunt dicta alibi que per dispendia multa
Per multas fuerant inuenienda moras.
Queqȝ prius fuerāt impressa sine ordine/recta
Nunc alphabeti composuit series.
Si velles igitur librum percurrere ad vnguē/
Quomodo sint numeri q̄qȝ legēda monent:
Et tu pro nostro pater o diuine labore
Ante deum pro me sepius ede preces.

Poeta quidā ad lectorem Tetrastichon.

Qui cupis errores obscuros pellere/librum
Qui lucem cecis reddere nouit/eme.
Letari poteris/non intellecta fuere
Que tibi/sub paruo codice aperta legis.

Aliud tetrastichon.

Plurimus hinc p̄dē ꝑcul iprobꝰ exulat error.
Multorum errores pellere quid melius?
Paruū opꝰ est/video nūq̄ꝫ h̄ tibi iure negariȝ:
Parua sed interdum scis preciosa magis.

Sequuntur nomina summorum pontificum qui successive präfuerunt ecclesie Romane a tempore quo fundati sunt ordines fratrum mendicantium: quorum pontificum plures / immo fere omnes multa / vel saltem aliqua concesserunt fratribus minoribus & aliis mendicantibus: prout in hoc compendio liquido patet.

¶ Innocentius.3.
¶ Honorius.3.
¶ Gregorius.9.
¶ Celestinus.4.
¶ Innocentius.4.
¶ Alexander.4.
¶ Urbanus.4.
¶ Clemens.4.
¶ Gregorius.10.
¶ Innocentius.5.
¶ Adrianus.5.
¶ Joannes.21.
¶ Nicolaus.3.
¶ Martinus.4.
¶ Honorius.4.
¶ Nicolaus.4.
¶ Celestinus.5.
¶ Bonifacius.8.
¶ Benedictus.11.
¶ Clemens.5.
¶ Joannes.22.
¶ Benedictus.12.
¶ Clemens.6.
¶ Innocentius.6.
¶ Urbanus.5.
¶ Gregorius.11.
¶ Urbanus.6.
¶ Bonifacius.9.
¶ Innocentius.7.
¶ Alexander.5.
¶ Joannes.23.
¶ Martinus.5.
¶ Eugenius.4.
¶ Nicolaus.5.
¶ Calixtus.3.
¶ Pius.2.
¶ Paulus.2.
¶ Sixtus.4.
¶ Innocentius.8.
¶ Alexander.6.
¶ Pius.3.
¶ Julius.2.
¶ Leo.10.
¶ Adrianus.6.
¶ Clemens.7.

Compendium

Compendiũ priuilegiorum a varijs summis pontificibus ꝛ apostolica sede fratribus minoribus necnon ꝛ alijs fratribus mendicantibus eorumq; ordinibus concessorum per circunspectum ac religiosissimũ. P. fratrẽ Alphonsum de Casarrubios hispanum ord. mi. prouintie sancti Jacobi alphabetico ordine congestum: feliciter incipit.

Abbas.



Innocẽtius. 4. precepit abbatibus ꝛ cõuẽtibus ordinis cisterciẽsis q̃tenus omnes fratres/quos de ordine fratruz mino. receperant: remitterẽt sine aliqua difficultate ad ministros puinciales: ꝛ q̄ a taliũ receptione de cetero abstinerẽt. b. fo. 21. Et ffo. 23. pce. 8. 1 Recipere fratres.

Alexander. 4. inhibuit districte vniuersis abbatibus/prioribus/ppositis ꝛ conuentibus monasteriorum sancti Benedicti cisterciẽsis: sancti Augustini premostratẽñ. camalduleñ. vallis vmbrose ordinum: ne pretextu quarũcunq; literarum a sede apostolica generaliter vel specialiter obtentarum/ seu obtinendarum: que de presentibus lr̃is plenã ꝛ expressam non facerẽt mentionem: non reciperent fratres pfessos ordinis mino. sub pena excõmunicationis ipso facto incurrẽda: a qua nequeãt absolui nisi personaliter compareant ante romanũ põtificẽ vel sedẽ apostolicã. Et decreuit irritũ fore ꝛ inane qcqd i cõtrariũ factũ fuerit vel attẽtatũ. b. fo. 28. Et ffo. 28. conce. 20. 2 Recipere fratres.

3 Benedictus. 11. decreuit ne aliquis frater cuiusuis ordinis mendicātium possit transire ad ordines monachoꝝ nigrorum/vel cisterciēsium/vel ab eorum abbatibus recipi sine romani pōtificis licētia speciali faciēte plenā ⁊ expssam de cōstitutione huiusmodi mentionem. B. ffo. 171. conce. 399.

4 Martinus. 5. fecit circa pdicta quādā amplissimā puisionē q̄ hꝫ in dictione apostate. §. 13. ⁊ in illa dictione reperies multa pertinentia ad huiusmodi mām.

Abbatissa.

Distinctio concessionū subscriptaꝝ.

Collector Aduertendum ꝙ ex infrascriptis concessionibus attinētibus ad abbatissas: quedam concernunt earum electionem ⁊ durationem. Et iste habentur in. §. 1. ⁊. 2. ⁊. 4. ⁊. 5. ⁊. 6. ac. 8. Alie vero pertinēt ad earūdem abbatissarum officium ⁊ facultatem: circa bona monasteriorum suorum. Hec autem continentur in. §. 3. ⁊. 7. ⁊. 9. ac. 10.

1 Electio. 

Innocentius. 4. ⁊ postea Bonifacius. 8. ordinauerunt ⁊ preceperūt: vt electio abbatisse monialium sancte Clare libere pertineat ad cōuentum. b. fo. 32. Et ffo. 33. conce. 35.

2 Electio. Urbanus. 4. idem statuit quod Innocētius suprascriptus: ac multa alia concernentia officium abbatisse: put late habebiť in regula quam ipse ordinauit pro monialibus sancte Clare: rubrica. 22. vide ibi. fo. 289. tractatu. 3. Et ffo. 298. tractatu. 2.

3 Eugenius. 4. ordinauit ꝙ sicut abbatisse ⁊ alie sorores ⁊ earum prouisore

ad hoc deputate: tenēt claues qbus ab intra porte monasteriorum clauduntur: sic per confessores aut alias honestas personas (per ministros generales/aut p̄uinciales deputādas) ex parte exteriori habeātur claues τ cōseruentur. b. fo. 41. Et ffo. 36. conce. 44. Clausura

¶ Idem Eugenius statuit/ꝙ in electiōe τ creatione abbatissarum seu ministrarū / vel matrū ordinis sancte Clare τ tertij ordinis: ille tm̄ ex monialibus vel sororibus vocem habeant: que per annos tres vel circa: in earundem monasterijs/vl collegijs fuerint: in qua electione maior pars votoꝝ ad minus medietatē superās: debeat conuenire. b. fo. 46. Et ffo. 42. cōce. 47 4 Electio. Pro monialibus. S. Clare τ tertij or.

Nicolaus. 5. Statuit τ ordinauit/ꝙ electiones abbatissarum / seu matrum monialium: que a maiori parte earum numero dūtaxat facte fuerint: sint τ censeātur canonice. Ac ꝙ ad ipsoꝝ monasteriorum/seu domorum moniales/ aut sorores ordinem ipsum p̄fessas: etiam que per triēnium vel circa in p̄dictis monasterijs moram traxerint: spectent τ pertineant. b. fo. 48. Et ffo. 43. conce. 48. 5 Electio.

¶ Idem Nicolaus statuit ꝙ predictaꝝ abbatissarum seu matrum monialium dignitates vel officia per annum tantum durent in partibus cismontanis: scilicet italie τ alijs ei annexis: temporeqꝫ illo decurso (etiam si iustas renuntiationes non fecerint) vacent/ ac vacare censeantur. Et ꝙ in fine huiusmodi anni a die electionis earum computādi: teneātur sub excōmunicationis pena (ipso facto quo cōtrafecerint) incurrēda: renūtiare regimini τ administrationi monasteriorum/seu domorum earum ac sigillum τ claues monasteriorum τ offici- 6 Electio.

narum restituere in manibus prouincialiũ fratrum minorum illarum prouinciarum in quibus monasteria et loca ipsa cõsistũt: vel saltẽ in manibus visitatorum monasterior/seu domorũ hmõi: per eosdẽ prouinciales in cõgregatione fratrum deputandorum: et ad id ab eisdem prouincialibus potestatem habentium. Et hoc voluit fieri in p̃ñtia soror seu monialiũ ad id specialr vocatar. b. fo. 48. et ffo. 43. cõce. 48.

7 Receptio ad habitũ vel p̃fessionez. ¶ Idem Nicolaus statuit: q predicte abbatisse: nec simul omnes moniales possint aliquã ad religionem/vel professionem recipere: nisi de p̃uincialis/aut visitatoris expressa licẽtia. Nec similiter recipere presumant/aut valeant aliquem in capellanum/vel receptum retinere: nisi a prouinciali/vel visitatore pro idoneo reputatus fuerit. b. fo. 48. Et ffo. 43. conce. 48.

8 Leo. 10 (vt monasteria monialium debite regantur et gubernentur: ac illorum abbatisse circa officium sibi cõmissum/summa cũ diligẽtia omniq3 sanctimonia: si nõ diuino amore/amotionis saltem metu semper intẽte existant) Electio. statuit et mandauit: vt dum annis singulis a p̃uincialibus/seu earum visitatoribus visitãtur: abbatisse ministerij seu officij absolutionẽ a dictis visitatoribus (iuxta desuper vrbani. 4. editam cõstitutionem) petere teneantur. Nedum id verbo: sed etiam facto realiter et cu3 effectu faciẽdo. Ac etiam statuit: q si eisdem visitatoribus videbit: et ipsa necessitas/ac monasterij exegerit reformatio: acceptare cum effectu debeant. Et q huiusmodi abbatisse officium in ipsius visitatoris manibus dimittere teneantur. Ita q mera et libera eidem visitatori remaneat facultas: eisdẽ sororibus/seu monialibus

sub excõmunicationis sentẽtia ⁊ alijs sibi visis sentẽtijs/cẽsuris ⁊ penis precipiendi: vt circa alicuius abbatisse electionem intẽdere debeãt: aut alias iuxta ipsius predicte cõstitutionis v̈ba ⁊ tenorem procedendi. Et monialem que abbatisse ministerium huiusmodi gessit: iuxta excessus exigentiam corrigendi ⁊ castigãdi/ac cẽsuras ⁊ penas huiusmodi iteratis vicibus aggrauandi: et alia in p̃missis necessaria/ seu quomodolibet opportuna faciẽdi ⁊ exequendi. B. ffo.40.conce.128.

¶ Jdem Leo concessit licentiam ⁊ facultatem abbatissis ⁊ monialibus sancte Clare vltramõtanis: sub obedientia fratrum mino. regularis obser. existentibus: vt de consensu ministrorum prouincialiũ/ac maioris partis conuentuũ: possint bona suorum monasteriorum (cuiuscunq; annui valoris ⁊ qualitatis fuerint) pro alijs imobilibus ⁊ stabilibus bonis ⁊ annuis redditibus ⁊ vasallis: in euidentem vtilitatẽ eorũdem monasteriorũ permutare/seu illa vendere: vt ex precio illorum alia bona eisdem monasterijs vtiliora emantur: non obstantibus quibuscunq; in cõtrarium facientibus. B. ffo.43.conce.138. 9

De bonis monasterij.

¶ Jdem Leo cõcessit abbatissis ⁊ monialibus sancte Clare: vt pro emergentibus necessitatibus ⁊ euidẽtibus vtilitatibus cõuentuũ ⁊ monasteriorum monialiũ eiusdẽ sancte Clare: necnon ⁊ tertij ordinis: possint vendi ⁊ alienari/ac permutari quelibet bona imobilia dictorum monasteriorum: de licentia ⁊ consensu generalis/aut prouincialiũ ministrorum ⁊ duarum partiũ conuentuũ domorum ⁊ monasteriorum quorum dicta bona fuerint. Ac similiter de cõsensu maioris partis earundem: etiã vltra triẽnium locare (vltimis te 10

De bonis monasterij.

Pro monialibus s. Clare ⁊ tertiar.

statorum voluntatibus non obstantibus) dummodo id in conuentuum/locorum et monasteriorum ipsorum euidentem vtilitatem (habita diligenti informatione a duobus vel tribus viris locorum: in quibus bona talia consistunt) cedere dignoscatur. Super quo conscientias prelatorum et prefatorum bonorum virorum onerat. B. ffo. 53. conce. 152.

Absolutio.

¶ Distinctio generalis materie absolutionis inferius annotate.

Collector Quoniam multa valde ac nimis diuersa pertinentia ad materiam absolutionum reperiuntur in priuilegijs fratrum: que si insimul ponerentur: non modicam causarent prolixitatem et confusionem: ideo operepretium visum est: huiusmodi materiam sic diuidere: quod primo ponantur per se ea que attinent ad absolutiones fratrum inter seipsos: ac deinde alia que personas seculares concernunt.

Absolutio quoad fratres.

¶ Distinctio materie infrascripte.

Collector ¶ Aduertendum est/quod inter concessiones pertinentes ad absolutiones fratrum inter seipsos: quedam concernunt absolutionem ordinariam/que quotidie potest exerceri/cum opus fuerit. Et huiusmodi concessiones ponuntur primo per se procedendo per ordinem prout fuerunt successiue concesse. Alie vero concessiones pertinent ad absolutionem extraordinariam: quam. s. solum certis diebus possunt fratres vti. Et iste sunt absolutiones plenarie: licet non equales: vt infra patebit. Iste autem ponuntur ordinate secundo loco. In omnibus autem infrascriptis concessionibus absolutionum sic proceditur: quod primo ponuntur concessiones attinentes directe ad fratres minores. Ac deinde adduntur alie concessiones: que

alijs fratribus mendicātibus facte reperiūtur.

Absolutio ordinaria quoad fratres.

Innocentius. 4. ꝯcessit generali ꝛ ꝓuicialibus mi nistris: vt eos ex fratribus suis qui pro iniectione manuū in seipsos in currerint excōmunicationis vincu lū: aut in id ante susceptū habitū inciderint/ vł alias sint excōicati: valeāt absoluere: nisi adeo graues ꝛ enormes sint excessus/ ꝙ merito sint ad sedē apłicā destinādi. B. ffo. 104. ꝯce. 219. — 1 Excōica/ tio.

Alexander. 4. cōcessit fratres minores pos se absolui a suis ministris ꝛ cu/ stodibus: qñ incurrūt excōmunicationem ma/ iorē participādo cū excōmunicatis: qñ aggra/ uata est sentētia. b. fo. 61. Et ffo. 64. cōce. 74. — 2 Excōica/ tio.

Clemens. 4. cōcessit ꝙ custodes ꝛ guardia ni fratrū mino. qui ſm statuta di cti ordinis aliter ꝙ̃ per electionē instituuntur: post institutionē seu prouisionē de ipsis factaꝫ: curā aīarū fratrū sibi subditoꝝ habeāt: ipsos/ qꝫ ligare/ ac soluere possint: iuxta ipsius ordi/ nis instituta. B. fo. 56. Et ffo. 139. ꝯce. 309. — 3 De custo dibus ꝛ guardia/ nis.

¶ Aduerte/ ꝙ in mari magno fratrū carmeli/ taꝝ extēdit ṗdicta ꝯcessio ad priores ꝓuinciales ꝛ locales/ seu ꝯuētuales ꝛ alios officiales: q ſꝫ eiusdē ordinis instituta aliter ꝙ̃ per electionē a generali dicti ordinis īstituunt. Et sic rōne cōi cationis priuilegioꝝ idē iudiciū erit de prouin cialibus ꝛ alijs officialibus ordinis mi. — Collector

¶ Idē Clemēs. 4. ꝯcessit gñali ꝛ ꝓuincialib⁹ mi nistris eorūqꝫ vices gerētib⁹ ꝛ custodibus: vt suo volētes aggregari ꝯsortio. s. nouitios: q su/ spēsiōis/ vł iterdci/ vł excōicatiōis sniis: a iure/ — 4 Pro no/ uitijs.

vel a iudice promulgatis generaliter sint ligati: absolutionis beneficium obseruata forma canonica impartiri: ipsosq3 in fratres recipere valeant. Et eos qui post assumptu3 habitum/vel professionem emissam: recoluerint se talibus in seculo fuisse sentētijs inodatos: fm formā predictam valeant prefati prelati ac illorum vices gerētes absoluere: & cū irregularibus dispensare: si forsan talibus inodati sentētijs/vel in locis interdicto suppositis diuina p̄sumpserint officia celebrare/vel ordines recipere. Ita tū φ si aliqui ex talibus eisdem sentētijs propter debitum sint astricti: satisfaciāt vt tenentur. Voluit tū φ nisi prefati mox ordinē intrauerint: (etiā si super hoc eis inducie a prelatis eiusdē ordinis concedātur) eoipso in pristinas sententias a qbus eos absolui cōtigerit/relabantur. B.fo.56. Et ffo.140. conce.320.

Excōicatio.

Pro professis.

Dispensatio.

5 ¶ Idem Clemēs in mari magno inhibuit vniuersis fratribus ordinis minorū: ne aliquis eorum (nisi necessitatis vrgēte articulo) alijs φ̄ prelatis suis peccata sua confiteri p̄sumāt/ vel alijs eiusdem ordinis sacerdotibus: nisi fm regulam & ipsius ordinis instituta. B.fo.58. Et ffo.142. conce.336. Et idem habetur quoad carmelitas. B.ffo.186. cōce.475. Et quoad fratres predica. B.ffo.238. conce.563.

Prohibitio.

6 ¶ Idem Clemens cōcessit: vt generalis & singuli prouinciales ministri & eorum vicarij: ac etia3 custodes in prouincijs & custodijs sibi cōmissis: predictis fratribus ibidem constitutis: necnon fratribus alijs eiusdē ordinis: interdū ad eos declinantibus vndecunq3: absolutione & dispensatione indigentibus: siue priusφ̄ intrauerint ordinem/siue post in casibus excesserint:

pro qbus excõmunicationis vel interdicti aut suspẽsionis incurrerint sententias: a iure/ vel a iudice generaliter pmulgatas: et huiusmodi sententijs innodati: aut in locis suppositis interdicto diuina officia celebrantes/ vel suscipientes ordines sic ligati notam irregularitatis incurrerint: absolutionis et dispẽsationis beneficiũ valeant impartiri: nisi adeo fuerit grauis et enormis excessus qp sint ad sedem apostolicam merito destinãdi. Ac similiter concessit/ qp fratres quos generalis et prouinciales ministri et eorum vicarij ac etiam custodes in proprios habuerint confessores: possint eis absolutionis et dispensationis beneficium impartiri. B. fo. 57. Et ffo. 140. conce. 318. Et. 319.

Dispensatio.

Pro prelatis.

¶ Aduerte qp casus/ pro qbus fratres ad apostolicã sedẽ sunt merito destinandi: specificant a Sixto. 4. prout ponuntur infra. §. 9.

Collector

¶ Aduertendum est aũt circa duas cõcessiones suprapositas imediate: qp authoritas et facultas que superius cõtinetur: extẽditur in mari magno fratrũ ordinis pdicatorum ad priores cõuentuales et vices eorum gerentes in cõuentibus ac locis eis cõmissis: sic qp prior conuentualis et eius vicarius tãtam potestatẽ habet circa absolutiones censurarum et dispẽsationes irregularitatũ quo ad suos subditos/ qñtam prouincialis quo ad totã prouinciã. B. ffo. 236. cõce. 548. Ex hoc vero sequit qp similẽ authoritatẽ habebũt guardiani ac eorum vicarij respectu suorum subditorum et aliorum fratrũ ad eos declinãtiũ: nisi p superiores platos limitet seu restringat hmõi auctas: put in ordine fieri cõsueuit.

Collector

Nota p guardianis et vicarijs.

¶ Aduerte tñ: qp per bullam auream fuit restricta prefata authoritas ad generales et eorum

Dictionarius index.

Sequuntur nomina summoꝝ pontificum q̄ successiue p̄fuerunt ecclesie Romane a tēpore quo fundati sunt ordines fratrum mēdicantium: quorum pontificum plures / immo fere omnes multa / vel saltem aliqua concesserunt fratribus minoribus ⁊ aliis mendicantibus: prout in hoc compendio liquido patet.

¶ Innocentius.3.
¶ Honorius.3.
¶ Gregorius.9.
¶ Celestinus.4.
¶ Innocentius.4.
¶ Alexander.4.
¶ Urbanus.4.
¶ Clemens.4.
¶ Gregorius.10.
¶ Innocentius.5.
¶ Adrianus.5.
¶ Joannes.21.
¶ Nicolaus.3.
¶ Martinus.4.
¶ Honorius.4.
¶ Nicolaus.4.
¶ Celestinus.5.
¶ Bonifacius.8.
¶ Benedictus.11.
¶ Clemens.5.
¶ Joannes.22.
¶ Benedictus.12.
¶ Clemens.6.
¶ Innocentius.6.
¶ Urbanus.5.
¶ Gregorius.11.
¶ Urbanus.6.
¶ Bonifacius.9.
¶ Innocentius.7.
¶ Alexander.5.
¶ Joannes.23.
¶ Martinus.5.
¶ Eugenius.4.
¶ Nicolaus.5.
¶ Calixtus.3.
¶ Pius.2.
¶ Paulus.2.
¶ Sixtus.4.
¶ Innocentius.8.
¶ Alexander.6.
¶ Pius.3.
¶ Julius.2.
¶ Leo.10.
¶ Adrianus.6.
¶ Clemens.7.

Compendiū priuilegiorum a varijs summis pontificibus

⁊ apostolica sede fratribus minoribus necnon ⁊ alijs fratribus mendicantibus eorumq3 ordinibus concessorum per circunspectum ac religiosissimū .R.P. fratrē Alphonsum de Casarrubios hispanum ord. mi. prouintie sancti Jacobi alphabetico ordine congestum: feliciter incipit.



Abbas.

Innocetius. 4. precepit abbatibus ⁊ couētibus ordinis cistercięsis qtenus omnes fratres / quos de ordine fratrū mino. recepe- 1
perant: remitterēt sine aliqua difficultate ad ministros puinciales: ⁊ q a taliū receptione de cetero abstinerēt. b. fo. 2 1. Et ffo. 2 3. pce. 8. Recipere fratres.

Alexander. 4. inhibuit districte vniuersis abbatibus / prioribus / ppositis 2
⁊ conuentibus monasteriorum sancti Benedicti cistercięsis: sancti Augustini premostratēn. camalduleū. vallis vmbrose. ordinum: ne pretextu quarūcunq3 literarum a sede apostolica generaliter vel specialiter obtentarum / seu obtinendarum: que de presentibus lris plenā ⁊ expressam non facerēt mentionem: non recipiant fratres pfessos ordinis mino. sub pena excōmunicationis ipso facto incurrēda: a qua nequeāt absolui nisi personaliter compareant ante romanū pōtificē vel sedē apostolicā. Et decreuit irritū fore ⁊ inane qcqd i cōtrariū factū fuerit vel attētatū. b. fo. 28. Et ffo. 28. conce. 20. Recipere fratres.

3 Benedictus.11.decreuit ne aliquis frater cuiusuis ordinis mendicantium possit transire ad ordines monachorum nigrorum/vel cisterciensium/vel ab eorum abbatibus recipi sine romani pontificis licentia speciali faciente plenam et expressam de constitutione huiusmodi mentionem.B.ffo.171.conce.399.

4 Martinus.5.fecit circa predicta quandam amplissimam prouisionem que habetur in dictione apostate.§.13.et in illa dictione reperies multa pertinentia ad huiusmodi materiam.

Abbatissa.

¶ Distinctio concessionum subscriptarum.

Collector ¶ Aduertendum quod ex infrascriptis concessionibus attinentibus ad abbatissas:quedam concernunt earum electionem et durationem. Et iste habentur in.§.1.et.2.et.4.et.5.et.6.ac.8. Alie vero pertinent ad earundem abbatissarum officium et facultatem:circa bona monasteriorum suorum.Hec autem continentur in.§.3.et.7.et.9.ac.10.

1 Electio. Innocentius.4.et postea Bonifacius.8.ordinauerunt et preceperunt:vt electio abbatisse monialium sancte Clare libere pertineat ad conuentum. b.fo.32.Et ffo.33.conce.35.

2 Electio. Urbanus.4.idem statuit quod Innocentius suprascriptus:ac multa alia concernentia officium abbatisse:prout late habebitur in regula quam ipse ordinauit pro monialibus sancte Clare:rubrica.22.vide ibi.fo.289.tractatu.3.Et ffo.298.tractatu.2.

3 Eugenius.4.ordinauit quod sicut abbatisse et alie sorores et earum prouisore

ad hoc deputate: tenẽt claues qbus ab intra porte monasteriorum clauduntur: sic per confessores/ aut alias honestas personas (per ministros generales/ aut puinciales deputãdas) ex parte exteriori habeãtur claues & cõseruentur. b. fo. 43. Et ffo. 36. conce. 44. Clau ura

4
¶ Idem Eugenius statuit/ q in electiõe & creatione abbatissarum seu ministrarũ / vel matrũ ordinis sancte Clare & tertij ordinis: ille tm̃ ex monialibus vel sororibus vocem habeant: que per annos tres vel circa: in earundem monasterijs/ vl collegijs fuerint: in qua electione maior pars votoꝝ ad minus medietatẽ superãs: debeat conuenire. b. fo. 46. Et ffo. 42. cõce. 47 Electio. Pro monialibus. s. Clare & tertij or.

5
Nicolaus. 5. Statuit & ordinauit/ q electiones abbatissarum / seu matrum monialium: que a maiori parte earum numero dũtaxat facte fuerint: sint & censeãtur canonice. Ac q ad ipsoruꝫ monasteriorum/ seu domorum moniales/ aut sorores ordinem ipsum pfessas: etiam que per triẽnium vel circa in pdictis monasterijs moram traxerint: spectent & pertineant. b. fo. 48. Et ffo. 43. conce. 48. Electio.

6
¶ Idem Nicolaus statuit q predictaruꝫ abbatissarum seu matrum monialium dignitates vel officia per annum tantum durent in partibus citmontanis: scilicet italie & alijs ei annexis: temporeqꝫ illo decurso (etiam si iustas renuntiationes non fecerint) vacent/ ac vacare censeantur. Et q in fine huiusmodi anni a die electionis earum computãdi: teneãtur sub excõmunicationis pena (ipso facto quo cõtrafecerint) incurrẽda: renũtiare regimini & administrationi monasteriorum/ seu domorum earum ac sigillum & claues monasteriorum & offici- Electio.

narum restituere in manibus prouincialiũ fratrum minorum illarum prouinciarum in quibus monasteria ⁊ loca ipsa cõsistũt: vel saltẽ in manibus visitatorum monasteriorum/seu domorũ hmõi: per eosdẽ prouinciales in cõgregatione fratrum deputandorum: ⁊ ad id ab eisdem prouincialibus potestatem habentium. Et hoc voluit fieri in p̄sentia sororum seu monialiũ ad id specialr vocatarum. b. fo. 48. ⁊ ffo. 43. cõce. 48.

7 ¶ Idem Nicolaus statuit: q̄ predicte abbatisse: nec simul omnes moniales possint aliquã ad religionem/vel professionem recipere: nisi de p̄uincialis/aut visitatoris expressa licẽtia. Nec similiter recipere presumant/aut valeant aliquem in capellanum/vel receptum retinere: nisi a prouinciali/vel visitatore pro idoneo reputatus fuerit. b. fo. 48. Et ffo. 43. conce. 48.

Receptio ad habitũ vel p̄fessionez.

8 Leo. 10 (vt monasteria monialium debite regantur ⁊ gubernentur: ac illorum abbatisse circa officium sibi cõmissum/summa cũ diligẽtia omniq3 sanctimonia: si nõ diuino amore/amotionis saltem metu semper intẽte existant) statuit ⁊ mandauit: vt dum annis singulis a p̄uincialibus/seu earum visitatoribus visitãtur: abbatisse ministerij seu officij absolutionẽ a dictis visitatoribus (iuxta desuper vrbani. 4. editam cõstitutionem) petere teneantur. Nedum id verbo: sed etiam facto realiter ⁊ cu3 effectu faciẽdo. Ac etiam statuit: q̄ si eisdem visitatoribus videbit: ⁊ ipsa necessitas/ac monasterij exegerit reformatio: acceptare cum effectu debeant. Et q̄ huiusmodi abbatisse officium in ipsius visitatoris manibus dimittere teneantur. Ita q̄ mera ⁊ libera eidem visitatori remaneat facultas: eisdẽ sororibus/seu monialibus

Electio.

sub excōmunicationis sentētia et aliis sibi visis sentētiis/cēsuris et penis precipiendi: vt circa alicuius abbatisse electionem intēdere debeāt: aut alias iuxta ipsius predicte cōstitutionis v̄ba et tenorem procedendi. Et monialem que abbatisse ministerium huiusmodi gessit: iuxta excessus exigentiam corrigendi et castigādi/ac cēsuras et penas huiusmodi iteratis vicibus aggrauandi: et alia in p̄missis necessaria/ seu quomodolibet opportuna faciēdi et exequendi. B. ffo.40.conce.128.

¶ Idem Leo concessit licentiam et facultatem abbatissis et monialibus sancte Clare vltramōtanis: sub obedientia fratrum mino. regularis obser. existentibus: vt de consensu ministrorum prouincialiū/ac maioris partis conuentuū: possint bona suorum monasteriorum (cuiuscunq3 annui valoris et qualitatis fuerint) pro aliis imobilibus et stabilibus bonis et annuis redditibus et vasallis: in euidentem vtilitatē eorūdem monasteriorū permutare/seu illa vendere: vt ex precio illorum alia bona eisdem monasteriis vtiliora emantur: non obstantibus quibuscunq3 in cōtrarium facientibus. B. ffo.43.conce.138. 9 De bonis monasterii.

¶ Idem Leo cōcessit abbatissis et monialibus sancte Clare: vt pro emergentibus necessitatibus et euidētibus vtilitatibus cōuentuū et monasteriorum monialiū eiusdē sancte Clare: necnon et tertii ordinis: possint vendi et alienari/ac permutari quelibet bona imobilia dictorum monasteriorum: de licentia et consensu generalis/aut prouincialiū ministrorum et duarum partiū conuentuū domorum et monasteriorum quorum dicta bona fuerint. Ac similiter de cōsensu maioris partis earundem: etiā vltra triēnium locare (vltimis te 10 De bonis monasterii. Pro monialibus s. Clare et tertiar. iis

statoꝝ voluntatibus non obstantibus) dūmo/
do id in cōuentuū/locoꝝ ⁊ monasterioꝝ ipsoꝝ
euidentem vtilitatē (habita diligenti informa/
tione a duobus vel tribus viris locoꝝ: in qbus
bona talia cōsistunt) cedere dignoscat. Super
quo conscientias prelatoꝝ ⁊ prefatoꝝ bonoꝝ
viroꝝ onerat. B. ffo. 53. conce. 152.

Absolutio.

¶ Distinctio generalis materie ab/
solutionis inferius annotate.

Collector Quoniā multa valde ac nimis diuersa per
tinētia ad mām absolutionū repe
riunt in priuilegijs fratrū: que si insimul pone
rent: nō modicā causarēt plixitatē ⁊ cōfusio/
nē: ideo operepciū visū est: hmōi mām sic di/
uidere: q primo ponant per se ea q̄ attinēt ad
absolutiones fratrum inter seipsos: ac deinde
alia que personas seculares concernunt.


Absolutio quoad fratres.

¶ Distinctio materie infrascripte.

Collector ¶ Aduertendum est/q inter cōcessiones perti
nētes ad absolutiones fratrū iter seipsos: que
dā cōcernūt absolutionē ordinariā/que quoti
die potest exerceri/cū opus fuerit. Et hmōi cō
cessiones ponunt primo per se pcedēdo per or
dinē put fuerūt successiue cōcesse. Alie vero cō
cessiones pertinēt ad absolutionē extraordina
riam: qua. s. solū certis diebus possunt fratres
vti. Et iste sunt absolutiones plenarie: licet nō
equales: vt infra patebit. Iste aūt ponunt or/
dinate secūdo loco. In oibus aūt infrascriptis
cōcessionibus absolutionū sic pcedit: q primo
ponunt cōcessiones attinentes directe ad fra/
tres mi. Ac deinde addunt alie cessiones: que

aliȷ̃s fratribus mẽdicãtibus facte reperiũtur.

Absolutio ordinaria quoad fratres.


Nnocentius. 4. ꝯcessit generali ⁊ ꝓuicialibus ministris: vt eos ex fratribus suis qui pro iniectione manuũ in seipsos incurrerint excõmunicationis vinculũ: aut in id ante susceptũ habitũ inciderint/ vl' alias sunt excõicati: valeãt absoluere: nisi adeo graues ⁊ enormes sint excessus/ ꝙ merito sint ad sedẽ aplicã destinãdi. B. ffo. 104. ꝯce. 219. 1 Excõica/tio.

Alexander. 4. cõcessit fratres minores posse absolui a suis ministris ⁊ custodibus: qñ incurrũt excõmunicationem maiorẽ participãdo cũ excõmunicatis: qñ aggrauata est sentẽtia. b. fo. 61. Et ffo. 64. cõce. 74. 2 Excõica/tio.

Clemens. 4. cõcessit ꝙ custodes ⁊ guardiani fratrũ mino. qui ꝑm statuta dicti ordinis aliter ꝙ̃ per electionẽ instituuntur: post institutionẽ seu prouisionẽ de ipsis factaꝫ: curã aiaruꝫ fratrũ sibi subditoꝝ habeãt: ipsosqꝫ ligare/ ac soluere possint: iuxta ipsius ordinis instituta. B. fo. 56. Et ffo. 139. ꝯce. 309. 3 De custodibus ⁊ guardianis.

¶ Aduerte/ ꝙ in mari magno fratrũ carmelitaꝝ extẽdit ꝑdicta ꝯcessio ad priores ꝓuinciales ⁊ locales/ seu ꝯuẽtuales ⁊ alios officiales: q ꝑꝫ eiusdẽ ordinis instituta aliter ꝙ̃ per electionẽ a generali dicti ordinis istituunt. Et sic rõne cõicationis priuilegioꝝ idẽ iudiciũ erit de prouincialibus ⁊ aliȷ̃s officialibus ordinis mi. Collector

¶ Idẽ Clemẽs. 4. ꝯcessit gñali ⁊ ꝓuicialib⁹ ministris eorũqꝫ vices gerẽtib⁹ ⁊ custodibus: vt suo volẽtes aggregari ꝯsortio. s. nouitios: q suspẽsiõis/ vl' iterdci/ vl' excõicatiõis sniis: a iure/ 4 Pro nouitiȷ̃s.

vel a iudice promulgatis generaliter sint ligati: absolutionis beneficium obseruata forma canonica impartiri: ipsosq; in fratres recipere valeant. Ac eos qui post assumptum habitum/vel professionem emissam: recoluerint se talibus in seculo fuisse sententijs inodatos: secundum formam predictam valeant prefati prelati ac illorum vices gerentes absoluere: et cum irregularibus dispensare: si forsan talibus inodati sententijs/vel in locis interdicto suppositis diuina presumpserint officia celebrare/vel ordines recipere. Ita tamen quod si aliqui ex talibus eisdem sententijs propter debitum sint astricti: satisfaciant vt tenentur. Voluit tamen quod nisi prefati mox ordinem intrauerint: (etiam si super hoc eis inducie a prelatis eiusdem ordinis concedantur) eo ipso in pristinas sententias a quibus eos absolui contigerit/relabantur. B. fo. 56. Et ffo. 140. conce. 320.

Excommunicatio.

Pro professis.

Dispensatio.

5 ¶ Idem Clemens in mari magno inhibuit vniuersis fratribus ordinis minorum: ne aliquis eorum (nisi necessitatis vrgente articulo) alijs quam prelatis suis peccata sua confiteri presumant/ vel alijs eiusdem ordinis sacerdotibus: nisi secundum regulam et ipsius ordinis instituta. B. fo. 58. Et ffo. 142. conce. 336. Et idem habetur quoad carmelitas. B. ffo. 186. conce. 475. Et quoad fratres predica. B. ffo. 238. conce. 563.

Prohibitio.

6 ¶ Idem Clemens concessit: vt generalis et singuli prouinciales ministri et eorum vicarij: ac etiam custodes in prouincijs et custodijs sibi commissis: predictis fratribus ibidem constitutis: necnon fratribus alijs eiusdem ordinis: interdum ad eos declinantibus vndecunq;: absolutione et dispensatione indigentibus: siue priusquam intrauerint ordinem/siue post in casibus excesserint:

pro qbus excōmunicationis vel interdicti aut suspēsionis incurrerint sententias: a iure/ vel a iudice generaliter pmulgatas: & huiusmodi sen tētijs innodati: aut in locis suppositis interdi- cto diuina officia celebrantes/ vel suscipientes ordines sic ligati notam irregularitatis incur rerint: absolutionis & dispēsationis beneficiū valeant impartiri: nisi adeo fuerit grauis & enormis excessus q sint ad sedem apostolicam merito destinādi. Ac similiter concessit/ q fra- tres quos generalis & prouinciales ministri & eorum vicarij ac etiam custodes in pprios ha buerint confessores: possint eis absolutionis & dispensationis beneficiū impartiri. B. fo. 57. Et ffo. 140. conce. 318. Et. 319. Dispensa tio. Pro pre latis.

¶ Aduerte q casus/ pro qbus fratres ad apo stolicā sedē sunt merito destinandi: specificant a Sixto. 4. prout ponuntur infra. §. 9. Collector

¶ Aduertendum est aūt circa duas cōcessio- nes suprapositas imediate: q authoritas & fa cultas que superius cōtinetur: extēditur in ma ri magno fratrū ordinis pdicatoꝝ ad priores cōuentu ales & vices eorum gerentes in cōuen tibus ac locis eis cōmissis: sic q prior conuen- tualis & eius vicarius tātam potestatē habet circa absolutiones censuraꝝ & dispēsationes ir regularitatū quo ad suos subditos/ qstam pro uincialis quo ad totā prouinciā. B. ffo. 236. cōce. 548. Ex hoc vero sequit q similē autho- ritatē habebūt guardiani ac eoꝝ vicarij respe ctu suoꝝ subditoꝝ & alioꝝ fratrū ad eos decli nātiū: nisi p superiores plātos limitet seu restri gat hmōi auctas: put in ordine fieri cōsueuit. Collector Nota p guardia- nis & vi carijs.

¶ Aduerte tn: q per bullam aureaꝫ fuit restri cta prefata authoritas ad generales & eorum

vicarios: et ad illos quibus ipsi ducerent committendum duxerat. Sed postea per quoddam breue fuit concessum predictis fratribus predicatoribus quod possint absoluere ac dispensare iuxta concessionem quam habebant ante dictam restrictionem: vt patet infra. §. 26. Oportet insuper aduertere quod vicarij de quibus supra fit mentio: quoad fratres predicatores (iuxta consuetudinem eorum) intelligunt illi qui propter mortem vel defectum prioris habent regimen conuentuum. Et quoad fratres minores simili modo intelligendum est de illis fratribus qui communiter dicunt presidentes: et non de communibus vicarijs.

7 Particularis pro regnis castelle.

Eugenius. 4. concessit fratribus minoribus obseruantibus prouintiarum regni castelle: quatenus singuli prelati dicti ordinis quocumque nomine censeantur et professores per huiusmodi prelatos deputati/singulorum conuentuum/locorum et heremitoriorum: possint omnes et singulos fratres professos/

Pro professis.

conuersos: atque nouitios habentes animum profitendi: necnon perpetuo donatos seu oblatos presentes et futuros: et quoscumque pro tempore familiares/seruitores/officiales/et continue commensales domorum/conuentuum/locorum/siue heremitoriorum suprradictorum: ab omnibus et singulis peccatis criminibus excessibus et delictis: preterquam sedi apostolice destinatis casibus: et ab omnibus et singulis huiusmodi censuris supradictis quas ex ignorantia vel inaduertentia incurrerint absoluere: eisque eucharistie sacramentum: ac extreme vnctionis/et alia ecclesiastica sacramenta ministrare: toties quoties necessarium fuerit vel oportunum. Ipsique prelati: omnia et singula supradicta: alijs ipsius ordinis presbiteris committere: ac in premissis omnibus et singulis cum facultate premissa: confessores sibi eligere et electos mutare: au-

Pro nouitijs.

Pro oblatis.

Sacramenta.

thoritate predicta valeant. Constitutionibus apostolicis: ac ipsius ordinis institutis et ordinationibus ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Et quod gratia hec sit perpetua. o. fo. 61. Et ffo. 64. conce. 85.

Pro plactis.

Nicolaus. 5. concessit: quod confessores monialium sancte Clare seu alius frater eiusdem ordinis ad hoc per prouincialem pro tempore deputatus: in omnibus et per omnia, iuxta formam et tenorem priuilegiorum et concessionum eisdem monialibus quo ad ipsarum personas a sede apostolica seu alias quomodolibet concessorum: in omnibus preterquam dicte sedi casibus reseruatis quoties fuerit oportunum eas absoluere possit. Necnon ipsarum seruitrices (si id petierint humiliter) a quibuscunque excommunicationis, suspensionis et interdicti: aliisque sententiis, censuris et penis ecclesiasticis quibus pro tempore innodate fuerint: iniungendo que iniungenda fuerint absoluere: eisque eucharistie et extreme vnctionis sacramenta ecclesiastica ministrare libere et licite valeant: diocesanorum locorum et cuiuscunque alterius licentia minime requisita. b. fo. 49. Et ffo. 43. conce. 48.

8 Pro monialibus scte Clare

Pro seruitricibus monia.

Sacra.

Sixtus. 4. circa literas Clementis. 4. supradictas in. §. 6. quibus concesserat ministris, vicariis et custodibus fratrum mino. facultatem absoluendi et dispensandi fratres eiusdem ordinis: nisi talia perpetrassent propter que essent merito ad sedem apostolicam destinandi: declarauit duntaxat esse ad sedem apostolicam merito destinandos: hereticos relapsos, scismaticos: et qui literas apostolicas falsificassent, aut ad infideles prohibita detulissent. Sed in reliquis omnibus: etiam simo-

9 Declaratio casuum reseruatorum pape.

nie prauitate irretitis: posse per illos qbus ini bi conceditur: absolutionis et dispensationis beneficium: iuxta casuum exigentiam imparti ri. B. fo. 59. Et ffo. 143. conce. 345.

Collector ¶ Aduerte q etiaz pro relapsis in heresim ha betur alia concessio infra. §. 14.

¶ Aduerte etiā ac bene nota/ q ista cōcessio vi def expirasse per morte cōcedētis: et idē de oi bus concessionibus tāgentibus pdictū pcessus bulle cene dñi: cū quolibet anno ille pcessus cē suraz de nouo pmulgef: cū noua reseruatione

Nota. predictoz casuū cū maximis cēsuris ptra absol uētes: ponēdo ibi expsse: nō obstātibus priuile gijs rc. etiā ordinibus mēdicantibus cōcessis: et alijs sufficiētibus derogatorijs. Unde tēpo re capituli generalissimi cōsultus super hoc re uerēdissimus dñs cardinalis Alexādrinus q et pposit9 appellaf: respōdit reuerēdo pri bone memorie fratri Martiali Boulier: q fuit. gñā lis vicarius istaz partiū vicēs: q plati nri non poterāt absoluere fratres suos: nō solū ab illis quatuor casibus ptētis seu exceptis i mari ma gno: sed nec ab aliquo alio in bulla cene ptēto. Et q illa cōcessio vl declaratio Sixti i dcō ma ri magno potuit valere in vita sua: qr licet face ret pcessuz quolibet anno: semper itēdebat ex cipere fratres/ put ipse pcesserat/ nisi i dictis q̄ tuor casibus. Propterea reuerendissimus pr generalis puideat: vl faciēdo ipse cū alijs ge neralibus alioz ordinū q ponaf semper in bul la cene dñi exceptio religiosoz q̄ad frēs suos: vel pcipiat vt quolibet anno pcurator ordinis seu cōmissarius curie: trāsacta die iouis sci post pmulgationē cēsuraz/ obtineat facultatē ab soluēdi ab illis casibus omnes fratres: et alias

personas super quas p̄lati nr̄i habent authori tatē: scilꝫ moniales: tertiarios vtriusqꝫ sexus/ oblatos/famulos ⁊ domesticos.

¶ Idem Sixtus cōcessit: p̄uincialibus: vt possint absoluere oēs fratres suos a cēsuris ⁊ sentētijs ecclesiasticis: ac etiā cū eis dispēsare f̄m tenorē cōcessionis Clemētis.4.s. superius posite.§.6.non obstāte limitatione seu restrictione per eūdem Sixtū postmodum facta: qua idē solū ad ministrū generalem ⁊ eius vicarios limitauerat ⁊ restrinxerat: scilicet in bulla aurea.b.fo.54.Et fio.50.conce.55. 10

Dispensatio.

¶ Aduertendum est circa hmōi cōcessiones ꝙ p̄dicta authoritate carent custodes: nisi eis specialiter cōmittatur a ministris: quia non sunt nominati in concessione.

Collector

¶ Idem Sixtus ordinauit/ꝙ fratres minores obser.nō possint absolui de casibus reseruatis ministris: nisi de licentia generalis aut eorūdē ministroꝝ seu vicarioꝝ p̄uincialium: nō obstātibus literis eiusdē Sixti sub quacunqꝫ verborum forma eisdē fratribus ꝯcessis: ceterisqꝫ cōtrarijs q̄buscūqꝫ.b.fo.54.Et fio.50.ꝯce.55. 11

Prohibitio.

Casus reseruati.

Innocentius.8.declarauit fratres mi.nō posse nec debere eligere confessores: nec a casibus reseruatis absolui vigore bulle cruciate quā ipse dederat in hispania: nisi de cōsensu ⁊ beneplacito suorū p̄latorū p̄uincialiū seu generaliū: ⁊ ꝙ quecunqꝫ alia absolutio quo ad fratres irrita sit ⁊ inanis.b.fo.56.Et fio.52.conce.59. 12

Prohibitio.

Cruciata

¶ Aduertēdū est ꝙ cōsimiles reuocationē seu declarationē fecere alij pōtifices/q̄ alias dederūt bullas cruciate: sed iste reuocatōes nō sunt perpetue: q̄a nō se extēdūt ad bullas cruciate

Collector

luit ꝙ etiã si in literis dictarum exẽptionũ sint iudices deputati executores: ⁊ etiam si dicti iudices vel eoꝝ aliqui fulminauerint cẽsuras: nihilominus dicti fratres min. possint recupare/ corrigere/ castigare ⁊ retinere suos frẽs. Hoc tñ in foro cõscientie tm̃. De foro vero cõtentioso/ qñ iudices ad petitiones illoꝝ cõtra dictos fratres pcederent: essent examinande litere exẽptionũ suaꝝ: cũ iis reuocatorijs ordini pcessis ⁊ tũc e ẽt stãdũ fortiorib⁹. o. fff o. 94. pce. 297.

Correctio.

Baptizare.

1 Regorius. 9. cõcessit fratribus minoribus in terris saracenoꝝ ⁊ paganoꝝ pficiscentibus/ pro zelo fidei chřiane: vt possint illaꝝ partium homines per ministerium exhortationis sue ad vnitatẽ fidei chřiane pverti cupiẽtes: recipere ⁊ baptizare. b. fo. 20. Et ffo. 22. cõce. 4.

Pro terris infidelium.

2 ¶ Idem Gregorius concessit iterũ hoc idez latius: cũ multis alijs attinẽtibus ad conuersionẽ infidelium. b. ffo. 257. conce. 641.

¶ Aduertenduz est ꝙ in capitulo generali meclinensi facta est sequens declaratio.

Collector. Capitulũ generale.


¶ Item fuit declaratum ꝙ frater sacerdos/ in extrema necessitate posit paruulo dare sacramẽtum baptismatis: dũmodo nõ adsit alius sacerdos: etiã in pñtia viroꝝ secularium laicorũ. Et qđ in regula phibetur ne fratres fiant compatres. ⁊c. intelligẽdum est quo ad eleuationẽ de fonte baptismatis: nõ quo ad baptizationez pdictam. Quia vt dictũ est in casu necessitatis absente sacerdote seculari vel alterius pfessionis: bene possunt fratres nostri sacerdotes baptizare. fo. 228. tracta. 3. Et ffo. 247. tract. 2.

Benedicere

Benedicere ecclesiastica.

¶ Distinctio materie infrascripte.

¶ Quo ad bñdictionem rerũ ecclesiasticaꝝ cõtinenꝭ multa ⁊ varia in ꝑuilegijs fratrũ. Et istoꝛum aliqua pertinent solum ad episcopos. Hec autem cõtinentur infra. §. 2. cum remissione ibi addita: ⁊ in. §. 3. ⁊. 5. ⁊. 6. ⁊. 13. ⁊. 14. Alia spectant ad ꝑlatos fratrum. Ista vero habentur infra. §. 7. ⁊. 8. ⁊. 9. ⁊. 10. ⁊. 11. ac 12. Reliqua concernunt omnes fratres sacerdotes. Et ista reperiuntur infra. §. 1. ⁊. 4. ⁊. 12. ꝓpe medium. Collectoꝛ.



Gregorius. 9. ꝯcessit: ꝙ fratres mi. ꝑsbiteri in terris infidelium existentes possint vestes sacerdotales/altaris pallia ⁊ coꝛpoꝛalia (cũ necesse eis fuerit) benedicere: vbi catholicoꝛum episcopoꝝ copia nõ habetur. B. ffo. 257. cõce. 641. 1 Pro terris infidelium.

Honorius. 4. fecit quãdã cõcessionẽ que aliqualiter pertinet ad hanc mãm: que concessio posita est supra in dictione Altare. §. 1. Vide illã quia sequens concessio: que hic ponitur facit mentionem de ipsa. 2

Joannes. 22. concessit fratribus Carmelitis idem quod supra nobis fuerat concessum ⁊ aliquantuluꝫ latius: dicẽs ꝙ si locoꝝ oꝛdinarij a fratribus humiliter requisiti: noluerint seu recusauerint indebite cemiteria coꝝ benedicere seu etiã cõsecrare: possint hmõi cemiteria ꝑ aliquem antistitẽ/gratiã ⁊ communionẽ sedis aplice habentẽ: quotiẽs opus fuerit facere benedici/ac etiam consecrari. B. fo. 89. Et ffo. 172. conce. 402. 3 Ex ꝓuile. carmeli. Episcopi cõsecrãt

4 Ornamēta altaris **Sixtus** 4. concessit fratribus minorum observantie sacerdotibus / vt possint benedicere paramenta altaris/ et missalia/ ac indumenta: exceptis corporalibus duntaxat. o. fo. 63. Et ffo. 67. concessione. 107. Et fffo. 96. conce. 322.

5 Ex puile. Carmeli. Episcopi Cōsecrat ¶ Idem Sixtus concessit fratribus Carmelitis: vt pro consecrationibus altarium vel ecclesiarum: et pro oleo sancto: ac quolibet ecclesiastico sacramento: nullus sub obtentu cuiuslibet consuetudinis vel alio modo; quicquam audeat extorquere: sed hec omnia eis gratis episcopi diocesani (vt tenentur) libere et gratiose impendant/ alioquin liceat predictis fratribus quoscunque maluerint catholicos adire antistites: gratiam et communionem apostolice sedis habentes: qui apostolica freti authoritate eisdem fratribus que postulauerint impendant. Et quod si sedes diocesanorum episcoporum forte vacauerit: interim omnia ecclesiastica sacramenta a vicinis episcopis libere/ et absque contradictione suscipere possint/ ita tamen / quod ex hoc in posterum proprijs episcopis nullum preiudicium generetur. B. fo. 100. Et ffo. 183. conce. 454.

6 Vasa ecclesiastica. Cōsecrat ¶ Idem Sixtus concessit prefatis fratribus: vt quando propriorum episcoporum copiam non habuerint: et aliqui episcopi habentes gratiam et communionem sedis apostolice: de quibus plenam notitiam habeant: per eos transire contigerit: ab eis benedictionem vasorum et vestium/ et consecrationem altarium / authoritate sedis aplice recipere valeant. B. fo. 100. Et ffo. 183. conce. 455.

7 **Innocentius**. 8. cocessit quod generalis et pro-

uinciales fratrum minorum obseruantie pos- Corporalia
sint benedicere corporalia. o. fo. 65. Et ffo.
69. conce. 157.
¶ Idē Innocētius cōcessit fratrib⁹ Augustinē- 8
sibus quarūdā cōgregationū obser. q̄ vicari- Pro Au-
us generalis illarum ꝛ visitatores possint be- gustinen-
nedicere ornamenta ecclesiastica/ꝛ etiam cor- sibus.
poralia. b. ffo. 101. conce. 399.
Julius. 2. cōcessit ordini minimoꝝ vt genera- 9
lis illius/necnō ꝛ ꝓuinciales ꝛ eorū Pro oi-
vicarij possint/ꝛ valeāt bñdicere corporalia ꝛ b⁹ orna.
alia ornamēta ecclīastica suoꝝ locoꝝ ꝛ domoꝝ ecclesie.
preter calices ꝛ patenas. B. ffo. 8. conce. 26.
¶ Idē Julius concessit p̄fatis fratribus mini- 10
mis/q̄ gñalis ꝛ visitatores (quos ipsi vigiles Pro ec-
appellāt) ac ꝓuinciales ꝛ eoꝝ vices gerentes: clesiis ꝛ
possint oēs ꝛ singulas eiusdem ordinis ecclesi- cemiterijs
as/cemiteria/capitula ꝛ oratoria solenni bñdi-
ctione benedicere. B. ffo. 8. conce. 29.
¶ Idem Julius concessit p̄fatis p̄latis ordinis 11
minimoꝝ: vt possint reconciliare suas ecclesias Recōci-
sanguinis siue seminis effusione siue al's quomo liatio ec-
docūq̄ȝ pollutas: quoties op⁹ fuerit: aqua tñ clesiarū.
prius p aliquem catholicū antistitem (vt mo-
ris est) benedicta. B. ffo. 8. conce. 30. ¶ Cir-
ca predicta vide sequentem concessionem / que
valde latior est presertim in fine.
Leo. 10. cōcessit gñalibus ꝛ ꝓuincialibus/ac 12
custodibus/necnō ꝛ guardianis fratrū Nota.
mi. obs. p tpe existētibus: vt oīa ꝛ singula eius- Pro ec-
dem ordinis/ꝛ obseruātie ecclīas/cemiteria/ca clesiis ꝛ
p̄la/ꝛ oratoria vbicūq̄ȝ existētia/tā recepta q̄ȝ cemiteriis
recipiēda: ac paramēta ꝛ ornamenta ꝛ alia q̄- ꝛ oib⁹ or
cūq̄ȝ ad diuinū cultū ꝛ vsum fratrum necessa- namētis
ria: in q̄bus chrisma non interuenit: p eorundē ecclesie.

fratrũ vsu tm̃:solẽni bñdictione valeãt benedi cere. Et voluit ꝙ hoc idem possint alij fratres eiusdem ordinis/qui ad hoc in capitulis gene/ralibus d̃putati fuerint: Ac ꝙ similiter possint recõciliare ecc̃ias ⁊c. q̃ quomodolibet sangui/nis,vl' seminis effusione pollute fuerint. Et hoc cũ aqua p p̃dictos p̃latos benedicta:presertim in locis remotis:vbi epi scopum aquam benedi centem per duas dietas adire non potuerint. B. ffo. 26. conce: 55.

Reconci liatio ec/clesiaꝝ.

13 Episcopi Cõsecrat

¶ Idem Leo concessit fratribus mi. vt quili/bet catholicus ep̃s possit cõsecrare ecc̃ias eo/rũ ⁊ altaria ⁊ cemiteria/calices: ⁊ ornamenta ⁊ oẽs alios actus episcopales exercere in lo/cis/⁊ p̃sonis fratrum predicatorum obseruan/tie/diocesani loci/vel cuiusuis alterius licentia minime requisita. O. ffo. 60. conce. 179.

14 Episcopi Cõsecrat Edificat

¶ Idem Leo postea in cõcilio Lateranensi sta tuit:ꝙ fratres nequeant ab alieno ep̃o cõsecra tionem ecclesie/vel altaris/aut cemiterij bene/dictionem petere/seu in ecclesiis per eos ꝓ tem pore edificandis/primum lapidem per alienum episcopũ poni facere possint:nisi vbi ordinarius bis aut ter (cum debitis reuerentia ⁊ instãtia) requisitus/sine legitima causa/id recusauerit. B. ffo. 26. conce. 79.

Collec/tor.

¶ Aduertendũ est:ꝙ in foro cõscientie possunt fratres (non obstante hmõi ꝓhibitione ⁊ restri ctione cõcilij lateranẽ.) vti concessionibus su pradictis:quia idem Leo postea concessit ora/culo viue vocis:ꝙ fratres mino. obseruã. pos/sint libere vti oĩbus eis ꝯcessis añ p̃fatũ ꝯciliũ: vt ponit̃ infra in dictione Concilium. §. 6. ⁊. 7.

Collec/tor.

¶ Ultra supradicta est sciẽdum/ꝙ circa hmõi mãm bñdictionis reꝝ ecclesiasticaruꝫ reperitur

quoddã statutũ gñale factũ in capitulo Mechlinẽsi sub forma sequenti. ¶ Generale capitulũ determinauit ꝛ pcepit/ ꝙ soli pinciales habeãt benedicere corporalia. Et iidẽ pinciales custodes/ꝛ guardiani/alia ornamẽta/ꝛ nõ alij: ꝛ solum p fratribus/monialibus ꝛ tertiarijs: ꝛ nullo modo p alijs extra ordinem: Sic enim fuit ɔcessum per summum pontificem. fo. 227. tractatu. 3. Et fo. 246. tractatu. 2. Capl'm gñale.

Bona.

¶ Distinctio materie bonorũ attinentiũ ad fratres/vel moniales.

¶ Respectu bonoꝝ tẽporalium reperiũtur nõ nulla in priuilegijs fratrũ mi. ꝛ alioꝝ mẽdicantiũ: quoꝝ aliqua tãgũt bona quoꝝ possessionẽ vł vsũ obtinẽt iidẽ frẽs. Et hec habenť infra. §. 1. ꝛ. 5. ꝛ. 6. ꝛ. 7. ꝛ. 8. Et infra in dictiõe Vẽdere: ꝛ in dictione Cõmutare. Alia vero cõcernũt bona acquirẽda p viam eleemosine. Et de hoc cõtinenť multa infra in dictione Eleemosinas: ac nõnulla in dictione Canonica portio: ꝛ in hac dictiõe Bona. §. 2. ꝛ. 4. ꝛ. 12. Reliqua sũt spectant ad bona monialiũ. Et quo ad hec habenť etiã infra. §. 6. ꝛ. 7. ꝛ. 9. ꝛ. 11. Recnõ supra in dictione Abbatissa. §. penultimo ꝛ vltimo. Et tam quo ad fratres ꝙ̃ quo ad moniales: vide infra in dictione Decime. Et in dictione Exemptio. Et in dictione Hereditas. Et in dictione Legata. Collector.

Alexander. 4. statuit ꝛ precepit: vt qñcunqꝫ aliq fratres ordinis mi. fuerint pmoti ad epãlem vel alias superiores vel inferiores dignitates: tenecãtur huiusmodi frẽs sic pmoti/libros ꝛ alia q̃ ipsos promotionis sue tpe habuisse seu Episcopi Exempti.

habere constiterit/resignare generali seu pro/
uincialibus ministris: semota qualibet dilatio/
ne.b.fo.24.Et ffo.24.cõce.12.

2 Elemosinas. ¶ Idem Alexãder ɔcessit φ de male acqsitis
ꝛ icertis relictis: possint frẽs mi.recipere que/
cunqꝫ eis data fuerint/ac φ de illis que eorũ/
dẽ fratrũ dispositioni relinquũtur: libere valeãt
ordinare ꝛ disponere.b.ffo.26.cõce.16.

3 Restitutio. ¶ Idẽ Alexãder cõcessit vniuersis exequuto/
ribus testamẽtoꝝ: vt de male ablatis ꝛ illicite
acqsitis: q̃ testatores nesciẽtes qbus taliũ resti
tutio fieri debeat: necnõ de his q̃ ijdẽ testato/
res indistincte nõ expssis psonis vl' locis/eorũ/
Elemosinas. dẽ testõꝝ exequutoribus arbitrio: in pios vsus
erogãda cõmiserũt: possint idigẽtijs fratrũ mi.
puideri/nõ obstãte ꝑdictõe ꝑlatoꝝ ecclesiasticoꝝ
ꝛ aliquoꝝ alioꝝ.b.fo.25.Et ffo.28.ɔce.21.

4 Monitij. Restitutio. Clemens.4.cõcessit vt qñ aliqui assumẽtius
habitũ fratrũ mi.fuerint obligati
ad restitutionẽ aliquoꝝ bonoꝝ diuersis perso/
nis: que sciri ꝛ inueniri nõ possunt: ministri ꝛ cu
stodes ꝛ eoꝝ vicarij/eorũqꝫ singuli in locis si/
bi cõmissis possint bona hmõi in pios vsus cõ/
uertere: prout sm deum viderint expedire.B.
fo.58.Et ffo.141.conce.334.

5 Edificat Ecclesie sie ꝛ monasteria. ¶ Idẽ Clemẽs ɔcessit fratribus mi.vt cum de
prioribus locis suis ad alia loca se trãsferunt:
possint/tam oẽm edificioꝝ mãm locoꝝ q̃ dimit/
tunt (dedicatis ecclesiis dũtaxat exceptis) q̃ li
bros/calices ꝛ paramẽta: seu ad alia loca trãs
ferre: ac edificia ipsa cũ solo ꝛ alijs ad eadẽ lo/
ca ptinẽtijs (ꝑter ecclesias) per psonas ad hoc
a sede aplica deputatas vendere: ipsorũqꝫ pre/
ciũ in alioꝝ locoꝝ ad que dicti fratres se trans/
ferunt edificationẽ: seu als in eoꝝ vtilitatem cõ/

uertere: fm quod eis melius videbitur expedire. B. fo. 58. ffo. 142. conce. 340.

Sixtus. 4. statuit vt cum ptigerit monasteria monialium sancte Clare monialibus destitui: adeo vt de illoꝝ reformatione spes nulla superfit: illa q̄ sic destituta existūt ꝛ destitui cōtigerit in futurū/ cum eoꝝ bonis omnibus/ perpetuis vsibus fratrum domus dicti ordinis eisdē destitutis monasterijs ꝓpinquioribus applicent: ita vt fratres ipsi possint de illis ꝛ eorundem monasterioꝝ structuris ꝛ edificijs pro eoꝝ vtilitate disponere: prouiso tñ ꝙ illoꝝ ecclesie ꝛ oratoria ad prophanos vsus non redigātur: sed in illis qñq3 diuina celebrent officia. B. fo. 60. Et ffo. 144. conce. 349. 6 Ecc'ie ac monasteria monialium.

¶ Hoc idem habet quasi ad literā in mari magno Carmelitaꝝ. ffo. 182. conce. 443. Et in mari magno p̄dicatoꝝ. ffo. 241. pc. 582. Et in mari magno Augustinēsiū. ffo. 250. pce. 633. Collectoꝛ.

Alexander. 6. fecit quādam pcessionē circa applicationē bonoꝝ pventuum claustraliū monasterijs sancte Clare/ cōmittēs illam archiepiscopo toletano: sed quia illa concessio fuit specialis pro regnis hispaniaꝝ: ꝛ expirauit per mortem illius archiepi copi quo ad futura: non specificatur hic amplius: habetur tamen. ffo. 258. conce. 643. 7 Pro monasterijs s. Clare.

¶ Idē Alexāder pfirmauit lr̄as p̄decessoꝝ suorū/ q ppꝛietates bonoꝝ collatoꝝ fr̄ibus mi. vel eoꝝ ordini/ in ius ꝛ ppꝛietatem Romane ecclesie receperunt. B. fffo. 75. conce. 225. ¶ Hec concessio non nihil videt conferre pro cōfirmatione decretalis Exijt qui seminat: ꝛ contra extrauagantes Joānis. 22. aduersantis vere paupertati fratrū minoꝝ/ ꝛ apostoloꝝ/ ꝛ christi. 8 Paupertas. Collectoꝛ.

Collector. Capitulum generale. ¶ Aduertendū est circa pdicta: ꝙ in actis capituli gnalis mechlnēsis reperit sequēs clausula. ¶ Capitulū gnale declarauit ꝙ papa Joānes 22. reuocauit ante mortē suā qcquid dixerat/ seu fecerat cōtrarium ecclesie ꝛ determinationi romanoꝝ pōtificuꝫ: quare cōstitutiones q̄s fecerat cōtra nostras declarationes scꝫ Nicolai. 3. ꝛ Clemētis. 5. nulliꝰ sunt roboris/ vt mométi. fo. 227. tracta. 3. Et ffo. 246. tracta. 2.

9 Reformatio. Julius. 2. cōcessit ministro generali posse applicare bona monialium sancte Clare volentium reformari monasterijs ordinis minorum: saltem conuentibus quorum cure fuerint commissa talia monasteria seu eorum moniales. b. ffo. 58. conce. 70.

10 Pro Augustinensibus. ¶ Idem Julius pcepit oibus chrifidelibus vt nemo ipsoꝝ/ bona ordinis sancti Augustini occupare/ vel dānificare audeat: qđ tam de attinētibus ad personas fratrum q̄ꝫ de pertinentibus ad loca seu conuentus ꝛ possessiones eorūdem intelligi voluit. Et ꝙ si cōtrarium facientes admoniti a fratribus pdicti ordinis nō restituerint oia integre: aut vexare desiterint infra tridui spacium: excommunicationis sententiam incurrant: a qua nō nisi p summum pōtificem absolui possint. B. ffo. 76. conce. 227. Excōmunicatio.

11 Pro monialibus. Leo. 10. fecit duas cōcessiones: circa modum quo alienari possunt bona monasterioꝝ sancte Clare aut tertij ordinis: prout habet supra in dictione Abbatissa. §. 9. ꝛ. 10.

12 Pro bonis apostatas. ¶ Idem Leo ꝯcessit vt qñcūqꝫ acciderit ꝙ fratres ordinis mi. extra obediētiā euagātes obseruātie/ fuerint capti/ aut spōte redierint ad ordinē: qui aliqua bona habuerint que tempore apostasie diuersis vijs acqsierint: possint plati

ordinis ꝛ alij fratres qbus ipsi cōmiserint/accipere talia bona ꝛ ea exigere a quibuscunqȝ personis ea detinētibus/ꝛ illis vti/si talia sint quoꝝ vsuȝ liceat frībus habere/vel si hmōi nō sint/quibus in ꝑpria specie fratribus vti liceat: vt sunt pecunie/vestes seculares/ꝛ similia: ꝙ fiat de talibus rebus/sicut fieri mādatꝛ in declarationibus sue regule de similibus / qñ sibi ab aliquibus dantur/vel in testamētis leganꝛ. Et cōcessit ꝙ si oportuerit hmō i bona in iudicio petere/possit hoc facere ꝓcurator vel sindicus ordini d̄putatus auc̄te sedis ap̄lice/vł aliꝰ amicꝰ sp̄ualis fratrū:q ab aliquo p̄lato ordinis ad hoc fuerit noiatus.B.fffo.62.conce.203.

Canonica portio.



Innocentius.4.concessit ꝙ de his que in ornamētis/aut ꝑ eis vel ꝑ fabricis seu luminaribus vel anniuersarijs.7.20.30.alijsqȝ ad ꝑpetuū diuinum cultū fratribus mi.in testamētis leganꝛ/ nullā canonicam portionē soluere teneanꝛ: dūmodo in fraudem episcoporum ꝛ presbiterorum parrochialium non fiat.b.fo.22. 1 Legata.

Alexander.4.concessit idem quod Innocētius.4.prefatus cōcesserat:addens ꝙ nec etiam de pictātijs ad sustentationem fratrum:aut de indumentis eisdem legatis teneantur dare aliquam portionem. Et decreuit irritas esse ꝛ inanes quascunqȝ censuras contra fratres seu contra benefactores huiusmodi/vel heredes/aut exequutores illorum promulgatas.b.fo.24. 2 Legata.

Clemens.4.concessit omnia que supradicti duo pontifices antecessores sui 3

cõcesserant/addẽs aliqua alia in mari magno sub vbis sequẽtibus. Cõcedimus vobis vt de his q̃ in ornamẽtis/aut p̱ eis/aut libris/fabrica/luminaribus / anniuersario. 7. 20. 30. aut alijs ad ppetuũ diuinũ cultũ/ seu p̱ pictantijs aut victu ad sustẽtationem vr̃am/vel indumentis: necnõ p̱ annuis cẽsibus redimẽdis ad quorũ solutionẽ alique domus vr̃i ordinis obligate noscunt: ⁊ de domibus/p̃dijs/hortis / alijsq̃3 locis vobis scdm̃ instituta vr̃i ordinis oportunis: aut de his que p̱ hmõi domibus/p̃dijs/locis ⁊ hortis emẽdis vobis legãtur(dummodo p̃missa nõ cõuertãtur in vsus alios: sed in illos dũtaxat p̱ quibus relinquũtur / aut alios etiam qui in hac cõcessione vel indulgẽtia cõtinentur)nulli canonicã portionem aliquã teneamini exhibere. Et nequis a vobis vel vltimarum exequutoribus volũtatum: seu decedentiũ heredibus/de premissis aliquid exigere vel extorquere presumãt/ districtius inhibemus. M. fo. 58. Et flo. 142. conce. 339.

Legata.

4 Nicolaus. 5. fecit quandam copiosissimam concessionem in hac materia fratribus carmelitanis: quam postea Sixtus. 4. confirmauit/ac de nouo concessit / prout habetur infra. §. 8.

Nota.

5 Sixtus. 4. declarauit/q canonica portio seu iustitia ecclesiarum parrochialium habet locum duntaxat eo casu: quo apud loca fratrum mi. corpora defunctorum sepeliuntur: sed si non apud eos sed apud alios mendicantium ordinum professores corpora ipsa contigerit sepeliri: tunc ex his que ad fratres predictos apud quos talia corpora non sepeliũtur/de bonis defunctorum quomodolibet obueni/

Qñ hẽat locũ iustitia ecclesiarum.

ent/ quouis particulari vel vniuersali titulo/ di
recte vel p obliquū/nullā canonicā portionē
dare teneant. Nec silr aliqua portio debeatur
de his que ad certos vsus & determinatos eis/
dē fratrib⁹ vel eoꝝ domib⁹: in gñe vel in specie
etiā de bonis eoꝝ quoꝝ cadauera apud eos cō
tigerit sepeliri. Nec etiā in casib⁹ in qbus p su
pradicti Clemētis: & alioꝝ p̄decessorum specia
lia priuilegia/fratres ipsi ab hmōi solutiōe q̄r/
te sunt exēpti. Nec aliquo casu de cādelis/que
ad manus fratrib⁹ dant/ quarta aliqua quo/ Quarta.
modolibet detrahat. In reliqs vero casib⁹ q̄s
in p̄missis in qbus quarta hmōi soluēda veni/
ret/voluit vt cōuentiones (si q̄ sunt inter frēs Conuen/
p̄dictos & locoꝝ ordinarios ac eccl̃iarum recto tiones.
res inite) laudabiles & honeste imposteꝝ obser
uent. Et insup addit q̄ si forte p ipm Sixtū vel Decime.
sedē aplicā de pie legatis & dispositis & relictis
in gñe vel in specie/decima vel alia portio seu
quota/alteri pie vel nō pie cause ex quauis cau
sa hactenus cōcessa foret/aut imposterū ꝯcedi
& solui aut dari & mādari cōtingeret/fratres p̄
dictos & illorum domos/ac eis legata & reli/ Legata.
cta/aut al's in eorum fauorem disposita/in con/
cessione & mandatis hmōi/ decreuit & voluit
non includi: nisi de ipsis/& p̄senti decreto/ac vo
lūtate (non per generales clausulas que etiam
specialem mentionem importare viderētur) sed
vera & specifica mentio fiat in eisdem. B. fo.
60. Et ffo. 143. conce. 346.
¶ Idem Sixtus in mari magno fratrū ordinis
p̄dicatoꝝ cōfirmauit cōcessionē Gregorij. 11. 6
q exemit eosdē fratres a canonica portiōe qua Ex p̄uile.
si totaliter: qa solum de funeralibus non exe/ fratrum
mit illos. B. ffo. 238. conce. 566. p̄dica.

7 ¶ Idem Sixtus in pfato mari magno pdicatorum pcessit q non solum de his/que pro ornamētis legant & aliis(vt supra dcm est) non teneant soluere aliquā portionē canonicā:sed nec etiā de illis que absolute legant in testamētis/vel alias pro fratrum necessitatibus conferuntur.B.ffo.238.conce.566.

Legata. Nota.

¶ Aduerte q hec cōcessio est valde notabilis: qa oēs alie concessiones de hac mā loquentes dicebāt solū de his q ad certos vsus(vt pro fabrica &c.)legabant:sed in hac pcessione datur exēptio tā ab his/q ad certos vsus:q ab aliis q absolute sine specificatione legari cōtigerit.

Collector

8 ¶ Idem Sixtus in mari magno Carmelitarū inseruit & cōfirmauit quādā bullā Nicolai.5. in qua latissime & copiosissime exemit illos a solutiōe cuiuscūq canonice portionis. Et ista est melior & copiosior pcessio:q sit in oibus priuilegiis fratrū mēdicātiū in mā ista. Nā dicit q nō solū nō teneant soluere quartā aut canonicam portionē de oibus in supradictis pcessionibus cōtentis:sed nec etiā de funeralibus oblationib⁹:nec silr de his q absolute eis qūocūq legant aut largiuntur. Non obstāte clemētina Dudū de sepulturis:& aliis qbuscūq in ptrariū faciētibus:& cum decreto irritanti.B.fo.86.Et ffo.169.pce.395.Approbatio aūt Sixti habet.fo.98.Et ffo.181.concc.436.

Ex puile. Carmeli. Nota. Quarta.

9 Alexander.6.omnia priuilegia pcessa ordinibus mēdicātiū pcessit fratribus mi.regularis obser.ac si eis specialr essent cōcessa/etiā quo ad exēptionē a solutione quarte/locorū ordinariis & parrochialiū ecclesiarū rectoribus debite:a qua eos pro potiori cautela exemit.B.fo.76.Et ffo.159.pce.378.

Quarta.

Julius. 2. ꝯcessit fratribus ordinis mi. vt de hortis ⁊ virgultis ⁊ alijs qbuſcunqȝ bonis eiuſdē ordinis/domibus ⁊ eaꝝ eccleſiis hmōi pro tpe relictis ⁊ legatis/ac ſup lumina/ribus ⁊ alijs rebus diuino cultui pro tpe dedicatis/decimas aut oblationes aliq̄s (etiā ex noualibus) aut quartā ex funeralibus ſoluere minime teneant: nec ad id a quoq̄ cuiuſuis dignitatis aut nobilitatis exiſtat/ valeant q̄nolibet coartari. B. ffo. 11. conce. 38. 10 Pro fratribus minimis. Legata. Quarta.

¶ Idem Julius cōmunicauit fratribus mino. obſer. omnia priuilegia alioꝝ ordinū mendicantium/illaqȝ de nouo cōceſſit: ⁊ exemit eos expreſſe a ſolutiōe quarte ⁊c. B. ffo. 12. ꝯc. 49. 11 Quarta.

Leo. 10. motu ꝓprio ⁊ ex certa ſciētia lr̄as p̄dictas Julij. 2. ⁊ in eis ꝯtēta q̄cūqȝ approbauit/innouauit/⁊ ꝯfirmauit/ac plenū firmitatis robur obtinere decreuit: ⁊ potiori pro cautela p̄miſſa oīa de nouo ꝯceſſit ⁊ indulſit: ſuper q̄bus dedit conſeruatores/apponēdo magnas nō obſtātias. B. ffo. 17. ꝯce. 57. 12 Quarta.

¶ Ultra omnia ſupradicta eſt ſciēdū/ꝙ ſuper hmōi materia quarte fuit ventilata cauſa in rota Romane curie inter epiſcopū ⁊ capitulū eccleſie zamoreñ. ex vna: ⁊ fratres mino. obſeruātie ꝯuentus ſancti Frāciſci zamoreñ. ex alia parte: ⁊ fuit lata ſententia diffinitiua ⁊ executoria/lia in fauorem predictoꝝ fratruȝ expedita: put habetur ad longum. ffo. 77. Collector. Quarta.

Capituluȝ generale ac prouinciale.



Eugenius. 4. ſtatuit/vt in capitulis gn̄alibus fratrum mi. obſer. fierēt tales ordinatiōes: per q̄s oēs frēs p̄dicti quorūcūqȝ locoꝝ ⁊ quarūcunqȝ ꝓuinciaꝝ/ad 1 Capl̄m gn̄ale.

vnum eũdemq₃ modũ viuendi (quãtũ fieri potest) reducantur: tã circa habitus gestationez/ q̃z circa fratrum receptionez/ ꝛ alia quecunq₃. B.fo.28. Et ffo.112.conce.241.

Statuta.

2 ¶ Idẽ Eugenius cõcessit capitulo gñali facultatẽ ordinãdi ꝛ declarãdi/ in qbus locis ꝛ prouincijs fratres debeant ieiunia regule in cibis quadragesimalib⁹ obseruare: ꝛ in qbus debeãt patrũ consuetudines imitari/ vel aliter se habere. B.fo.28.ffo.112.conce.242.

Capl'm gñale. Declarare. Jeiuniũ.

3 Sixtus.4.cõcessit ꝛ ordinauit q̃ fratres minõ nisi duo tm̃ puincialia capitula de triẽnio in triẽnium tenere ꝛ celebrare obligentur. Non obstante bulla Eugenij.4.statuentis/ vt singulis annis prouinciale capitulum celebraretur in qualibet prouincia. B. fo.45. Et ffo.129.conce.289.

Capl'm puiciale.

4 Leo.10.cõcessit capl'o gñali: vt (p̃missa debita discussione) possit cõcedere illis puincijs: qbus vtile ꝛ expediens visum fuerit: vt semel tm̃ de triẽnio in trienniũ celebrẽt capitulũ prouinciale. O.fffo.59.conce.168.

Capl'm gñale ꝛ puiciale.

5 ¶ Idez Leo fecit iterũ eãdem cõcessionẽ p breue/ cõmittẽs hoc gñalibus cũ coꝝ capitulis p tempore celebrandis. B.fffo.54.conce.153.

6 ¶ Idẽ Leo in bulla vniõis statuit/ vt minister gñalis primo triẽnio sui officij celebrare teneaẽ vnũ capl'm gñale in partib⁹ qbus in suo sexennio nõ erit cõmissari⁹ gñalis.i. in partib⁹ vnde ipse fuerit assumpt⁹: ad qđ cõueniãt vocales illaꝝ partiũ a qbus assumptus fuerit: Et q̃ silr aliud capl'm in partib⁹ in qbus assumptus nõ fuerit/ p se vl' p suũ cõmissariũ (ad qđ oẽs vocales illaꝝ ptiũ accedere teneaẽ) celebrare õbeat: Aut q̃ sup h̃ fiat qđ gñalis minister cuz capl'o

Minister gñalis.

Capl'm gñale.

gñali iudicauerit faciēdū.B.fffo.29.cōce.96.
¶ Idez Leo in pdicta bulla vnionis statuit/ꝙ ministri puinciales possint infra trienniū sui officij a suis caplis puincialibus/q̄ sm regulam ⁊ consuetudinem celebrabunt (si minus vtiles inuenti fuerint) ab officijs prouincialatus absolui: Et ꝙ idem iudicium de custodibus p omnia habeatur.B.fffo.30.conce.97. 7 Prouinciales ⁊ custodes

Casus reseruati.


¶ Distinctio materie casuum reseruatorum.
¶ Quātum ad illa/que circa mām casuū reseruatoꝝ reperiūtur in priuilegijs fratrū/est cōsiderādū ꝙ hmōi casus sūt in duplici differētia. Quidā enim respiciūt psonas fratrū solummodo. Et hi habent supra in dictiōe Absolutio ordinaria quo ad frēs in oibus fere paragraphis. Et in dictione Absolutio quo ad frēs extraordinaria in oibus.§.Reliq vero casus cōcernūt psonas seculares: qualiter.s.possint absolui ab hmōi casib⁹ p frēs cōfessores: necnō quot ⁊ q̄les sint pfati casus: tā q reseruātur epis q̄s pape. Isti aūt continent supra in dictione Absolo quo ad seculares fere in oibus.§.psertim in illis in qbus positū est in margine: Casus reseruati pape vel episcopis. De quo etiam vide infra in dictione Excommunicatio/vbi ponūtur casus bulle cene dñi: ac nonnulli alij papales. Collector.

Celebratio diuinorum.

¶ Distinctio materie celebrationis diuinoꝝ.
¶ Circa celebrationē diuinoꝝ sunt multa ⁊ varia statuta ⁊ cōcessa in priuilegijs: que vt facilius itelligi ac repiri valeāt: subsequēti ordine distinguere visū3 est. Primo enim aliq istoꝝ attinēt ad celebrationē horarum canonicarum: Collector.

Et hec habent infra in dictiõe Officiũ diuinũ. Scdo alia ptinent ad celebrationẽ missarum: Ista aũt sunt multiplicia: et habent sub varijs dictionibus: put infra in dictione Missa sunt distincta/ et ad ppria loca remissa. Et in speciali/ illa q̃ ꝯcernunt locũ et tẽpus seu horã celebrãdi/ ptinent in hac dictione Celebratio diuinorum: sicut notule in marginibus posite ostẽdũt euidẽter. Tertio sunt multa alia q̃ tãgunt gñalr̃ celebrationẽ diuinorum/ tam horarum canonicarum q̃ missarũ p tpe interdicti: Hec aũt ptinent ad lõgũ in dictiõe Interdictũ: put ibiđ reperient distincta.

1 Locus celebrationis diuinorum.



Clemens. 4. ꝯcessit q̃ i locis vbi fratres degunt/ possint habere oratoria in qbus cũ altari portatili possint missarũ solennia/ et alia diuina officia celebrar. B. fo. 56. Et ffo. 140. ꝯc. 313.

2 Locus celebrationis.

Idem Clemens phibuit ne quis in ecclesiis fratrũ mi. missarum solẽnia: vel pro aiabus eorum/ q ad loca eorum tumulandi ferunt/ ibidem exequias celebrare/ sine eorũdẽ fratrũ assensu et volũtate psumant. B. fo. 58. Et ffo. 141. cõce. 236.

3 Tempus celebra.

Eugenius. 4. ꝯcessit q̃ frẽs mi. possint celebrare missam vsq3 ad nonã sine scrupulo ꝯscientie. o. ffo. 102. ꝯce. 418.

4 Tempus celebra.

Pius. 2. ꝯcessit q̃ gñalis possit dare authoritatẽ celebrãdi per vnam horam ante auroram eis quibus sibi videbitur / apostolica authoritate. o. ffo. 97. conce. 346.

5 Locus celebratio.

Sixtus. 4. ꝯcessit eisdem fratribus: vt nõ solum in oratorijs et locis qbus degũt: sed etiã in quouis alio loco cõgruẽti et honesto possint super altari portatili: missas libere et licite celebrare. B. fo. 59. Et ffo. 143. ꝯce. 344.

6 Idem Sixtus ꝯcessit q̃ fratres mino. obser. sacerdotes:

sacerdotes: causa necessitatis: possint añ ꝛ post horã statutã ab ecclesia celebrare. o. fo. 63. Et fffo. 67. conce. 109. Et fffo. 96. concc. 324. Tempus celebra.

7 Innocentius. 8. cõcessit fratribus ordinis ꝑdicatoꝝ cõgregationis hispanice reformatis: ꝛ minoribus per cõicationẽ priuilegioꝝ: ꝙ possint celebrare per horam ante diem ꝛ per horã post meridiẽ. o. fo. 16. Et fffo. 76. ꝯce. 194. Et. fffo. 101. ꝯce. 393. Tempus celebra.

8 ¶ Idem Innocẽtius ꝯcessit fratribus Augustinẽsibꝰ/ ꝙ expleto matutinali offõ: ẽt añ lucis aurorã possint celebrare. b. fffo. 101. ꝯce. 399. Tempus celebrã.

9 Alexander. 6. cõcessit ad remouẽdũ scrupulũ cõsciẽtie: ꝙ possimus celebrare cũ planellis de corio sine calcaneo. o. fffo. 70. cõce. 173. Et fffo. 99. concessio. 370. Modus celebrãdi

10 ¶ Idem Alexander cõcessit fratres posse celebrare in cameris secularium vel plateis / dato ꝙ non videantur loca honesta: quia in cameris dormiunt coniugati: ꝛ in plateis fiunt multa prophana. o. fffo. 70. conce. 173. Et fffo. 99. concessio. 371. Locus celebratõis

11 Leo. 10. cõcessit fratribus mi. obseruantie/ vt de licentia suoꝝ superioꝝ (quoꝝ cõsciẽtiis remittit quõ frẽs debeãt vti hac gr̃a) possint celebrare illico post matutinũ ꝛ post meridiẽ: ꝑsertim diebus qñ est de audiẽda missa ꝑceptũ: qñ fratres habent ambulare: siue qñ de via veniunt; ꝛ nõ possint ante meridiẽ applicare ad locũ vbi cõmode possint missam audire/ siue honeste celebrare. De estate vero qñ noctes sunt breuiores: etiam ante matutinum hori vel infra: dũmodo celebraturus illud per se aut cum socio dixerit: prout consuetum est in ordine cum prima. o. fffo. 92. conce. 275. Tempus celebrationis.

Collectoz. ¶ Qualiter aũt possint ⁊ debeãt frẽs celebrare tpe interdicti: ac etiam quãdo suspẽdit interdictum in festiuitatibus sanctoꝝ sui ordinis/ vel alias: vide infra in dictione Interdictum.

Clausura monialium.

Vrbanus. 4. statuit qualiter moniales. s. Clare secũdã regulã (quã ipse ordinauit) ꝓfesse: teneanẽ seruare clausuram monasteriorum suorum: sub forma sequenti.

Ex scda regula. s. Clare. ¶ Omni nãq3 tpe vite sue: hãc vitã ꝓfitentes/ clause manere firmiter teneanẽ infra muroꝝ ambitũ ad intrinsecã clausurã monasterij deputatũ: nisi forsan (qđ absit) superuenerit ineuitabilis ⁊ piculosa necessitas/ sicut exustionis ignis/ vel incursus hostilis seu alicuius hmõi: q̃ dilationẽ nullo caperet modo ad egrediẽdi licẽtiaz postulãdũ. Jn qbus casib⁹ trãsferãt se sorores ad locũ aliũ cõpetentẽ: in quo (quãtũ cõmode fieri poterit) clause moreneẽ: quousq3 eis de monasterio sit ꝓuisum. Et ꝓpter hmõi necessitatis euidentiã nulla eis cõcediẽ licẽtia vel facultas extra ṗdictã clausurã vlterius exeũdi: nisi forte (de mãdato aut auc̃te cardinalis Romane ecclesie: cui a sede ap̃lica gñaliter fuerit iste ordo cõmissus) ad aliquẽ locũ aliquę mitterẽtur causa plãtandi vel edificãdi eandẽ religionez: vel reformãdi aliqđ monasteriũ eiusdẽ ordinis seu causa regiminis/ aut correctionis/ aut alic⁹ valde euidẽtis/ ⁊ grauis dispẽdij euitãdi: vel nisi de eiusdez cardinalis mãdato/ aut auc̃te monasterio ꝑmo rationabili cã relicto/ totus ꝯuent⁹ ad monasteriũ aliud se trãsferret. b. fo. 284. in tracta. 3. Et ffo. 294. l. 2. tracta. rubrica. 2.

Casus in qbus moniales possunt egredi clausuram.

¶ Aduertendū est circa pdicta: q ppter nullā aliā causam pōt exire aliqua de pdictis monialibus extra clausuram suorum monasteriorum: nisi pbabita licētia 7 dispēsatione sedis aplice: etiā rōne infirmitatis cōmunis: Unde sup hoc ꝯsulti mlti doctores famosi vniuersitatis Salmātine: pmissa diligēti 7 exactissima discussiōe ac deliberatiōe: ita debere obseruari ꝯcluserūt put patet in qstione 7 decisione infrascripta. Collector

¶ Querit vtrū minister gnalis/aut puincialis seu visitator/vl cōmissarius ordinis fratrū minor habēs curā monialiū .s. Clare valeat quādā monialē vnius monasterij (secūdā regulā .s. Clare pfessaz) ad aliud eiusdē ordinis monasteriū: causa alicuius grauis infirmitatis curādē/ licētiare: Et licet dubia p vtraqz parte altercata lucescūt clarius: redimēdi tn tpis gra: non hinc inde altercabit: sed negatiua tanq va ap/tis fundabit iuribus 7 rōnibus: modo sequēti. Questio notabilis Rñsio.

¶ Ex primo in rubrica secūda eiusdē regule cōtinet: put supraposiitū est: q moniales illā vitā pfitentes firmiter teneant manere in clausura toto tpe vite sue: pterq si euenerint certi casus fortuiti /ibi expssi: vt incēdij/belli/7 hmōi. Postea narratis fortuitis: excipit etiā alios nō fortuitos tenoris sequētis. Nisi forte de mādato cardinalis Romane ecclesie: cui generaliter iste ordo a sede apostolica fuerit commissus: ad aliquem locum aliquando mitteretur causa plantandi vel edificandi eandem religionem vel reformandi aliquod monasterium eiusdem ordinis: seu causa regiminis / aut correctionis aut alicuius valde euidentis 7 grauis dispēdij euitandi 7 c. Cum ergo ad huiusmodi licentiā obtinendam requiratur mandatum cardinalis Prima pbatio.

in p̄sentia⁊ ꝓtectoris ordinis: ⁊ dictus Reuerēdus pr̄ Minister ꝓuincialis. R.nec ali⁹ frater officiū visitatoris exercēs/nō habeat mādatum nisi solūmodo de visitādo/reformādo/corrigendo/⁊ castigando:non autem de licentiando. Igitur eam licentiare non potest.

Secūda ꝓbatio.

¶ Secūdo ad hoc ꝙ dictus cardinalis ꝓtector possit p̄dictā monialē licētiare:oportet vt sit adhuc in casibus superioribus sibi cōmissis: sed grauiter infirmari/nō est de casibus sibi cōmissis:ergo ⁊c. Et ꝙ nō sit de eis/ꝓbatur : qa ibi sunt certi casus positi expressim ⁊ nominatim:⁊ in fine dicit:vel alicuius valde euidentis ⁊ grauis dispēdij euitādi. Et ꝙ nō sit de expresse nominatis patet cū iste casus inter superiores nō sit positus. Qd̄ nō veniat etiā appellatione valde euidētis ⁊ grauis dispēdij euitādi(licet quilibet sani intellectus posset comprehendere)tamē ꝓbat̄ sic. Si hec monialis esset peste vulnerata/ne corrūperetur tota domus/videret̄ licētiari debere extra clausurā curandā:qd̄ si nō fieret videret̄ valde euidēs ⁊ graue dispēdium:qd̄ vt euitaret̄/deberet licētiari. Idē de notabili lepra tali/vc̄ ꝙ si esset psona secularis iure posset extrahi ǒ populo/⁊mitti ad domos in cāpis separatas. Uel(quod absit)de lepra seu morbo mo⁊:⁊ sic de alijs infirmitatibus cōtagiosis:ex q̄bus toti cōmunitati ex vnius infirmitate posset venire corruptio. Sed de alijs infirmitatibus nō ꝯtagiosis: q̄ꝗ̄ dicat̄ ꝙ locus est illi infirmitati cōtrarius: vel ꝙ aque sunt grosse vel similia:potest respōderi ꝙ si locus est humidus/habitet infirma in alto. Si valde siccus/in iferiorib⁹: ⁊ si aque sunt grosse/coquant̄. Et si nō est copia medico⁊: sit

cōtenta cū illis vl illo: q cōmuniter sufficit ciui bus: ꝛ sic debet sufficere religiosis/ ꝛ similia. Unde ꝑpter hmōi infirmitates sic vel sic curā das/ nō pōt vllo pacto dici/ ꝙ admittit vel eui tat valde euidēs ꝛ graue dispēdiuꝫ. Ad quod pōderanda sunt v̄ba. s. valde euidentes ꝛ gra/ ues: qa sunt duo termini ꝛ copulatiue positi: ꝛ ponunt diuisiꝫ rōne illius coniunctionis: ꝛ iu/ xta ea que notātur in rubrica. ff. de iuris ꝛ fa/ cti ignorātia. Et sic requirit ꝙ istud dispēdiuꝫ non solū sit valde euidēs: sed etiā ꝙ sit graue. Sed cū reuera nec sit valde euidēs nec graue: dico hoc/ nō respectu ꝑsone/ nā respectu ꝑsone bene pōt esse valde euidēs ꝛ graue: sed dico re spectu cōmunitatis: qḋ d̄bet sic ꝯsiderari rōne illius v̄bi/ euitādi/ qḋ de sui natura reqrit du/ plices ꝑsonas. s. ꝑsonam que euitet/ ꝛ ꝑsonam a qua euitet / vt patet ꝑ textū ꝛ que ibi trahū tur: in. c. Illud: ḋ cleri. excōmu. mini. Et in ca. Nulli de sentētia excōicatiōis: cū alijs multis iuribus/ q̄ ad p̄fatū ꝑpositū adduci possent ni si ob prolixitatem vitandaꝫ. Igitur. R. ꝑ. mi nister prouincialis seu visitator predictam mo/ nialem licentiare non potest. **Nota.**

¶ Tertio cōsiderandū est ꝙ papa in oībus lo cis regule: vbi aliquid cōtra clausurā excepta/ uit: siue in casibus fortuitis/ siue non fortuitis/ nunq̄ habuit ꝯsideratiō ad aliquaꝫ ꝑsonam particularē. Et est verisimile/ imo iuridicū: ꝙ si voluisset: exp̄ssisset. Uñ cū in oīb⁹ suis exceptio nib⁹: papa sp ꝯsuluerit ꝛ ꝑuiderit cōitati: bene colligit ꝙ voluit cōmoditatem cōitatis/ aliqñ p̄ferri clausure. Sed cū nusq̄ in tota regula re periat (nec etiā in vno tantūmodo casu) cōmo ditati ꝑsone particularis sicut cōmoditati cō/ **Tertia ꝓbatio.**

munitatis ɔsulere vel ꝓuidere/aperte patet ꝙ cōmoditatem seu ɔuolationem persone particularis nullo pacto voluit pferri clausure. Igit reuerēdus pr̄ minister ꝓuincialis aut visitator seu cōmissarius. M. nullatenus absqȝ speciali licētia sedis aplice pdictā monialē licētiar pōt.

Quarta ꝓbatio.

¶ Preterea ⁊ quarto in dicta secunda regula est quedam rubrica. s. duodecima tenoris sequētis: De infirmis vero cura ⁊ diligētia maxima habeat: ⁊ fm qꝺ possibile fuerit ⁊ decuerit/tā in cibarijs que eaꝝ requirit infirmitas/ qꝫ in alijs necessarijs/in feruore charitatis benigne ac sollicite eis p oia seruiat. Que infirme ꝓpium habeant lectū (si vnqꝫ fieri pōt) vbi a sanis maneāt separate: ne illaꝝ ordinez valeāt ɔfundere vel turbare. Ex qua rubrica duo clarissime colligunt. Primū in fauorē ꝓximi pcedentis fundamēti. s. ꝙ adeo cōmunitatē in sua spūali sanitate papa ɔseruare vult: ꝙ pcepit vt moniales corporaliter infirme taliter curētur/ ꝙ sanas in diuinis bn̄placitis vacantes nullo modo valeāt ɔfundere vel turbare: Et ita commoditatē cōmunē semper ɔsiderauit/nūqꝫ aūt particularē. Secundū est qꝺ in hac rubrica papa loquit de grauibus infirmitatibus curādis qꝺ patet qr dicit/ꝙ curent maxima cura ⁊ maxima diligētia/cū sollicitudine/⁊ p oia/⁊ similia vba: Unde sequit euidēter/ꝙ summus pōtifex intellexit de grauibus infirmitatibus: aliter enim esset minus ꝓportionatū referri ad infirmitates leues/sed ad graues: cuȝ fm iura ⁊ oimodā veritatē maxima maximis referāt. Et si ꝓuidetur ad infirmitates graues curandas (qꝺ negari non pōt) clare ɔstat ꝙ ille casus. s. valde euidētis ⁊ grauis dispēdij euitandi non

obtinet locum/nisi in infirmitatibus ꝯtagiosis: vt ante dictum est: Et sic dictus. R. P. M. predictam monialem licentiare non potest.
¶ Quinto ꝛ finaliter: licet oīa supradicta non militarēt: q̄ iuridice militāt: nō curemus querere multas disputationes cū excusari possunt: nā vbi est casus legis/nō est q̄stio iuris: vt in. l. ancilla. C. de furtis: Textus est exp̄ssius in ꝓpo sito in. c. vnico ꝺ statu regul. lib. vi. cuius v̄ba talia sunt. Periculoso ꝛ detestabili quarūdez monialiū ꝛc. Inferius sequit̄ vbi facit. Sancimus vniuersas ꝛ singulas moniales presentes atq3 futuras cuiuscūq3 religionis sint vel ordinis: in q̄buslibet mūdi partibus existētes: sub ꝑpetua in suis monasterijs debere ꝺ cetero ꝑmanere clausura. Ita ꝙ nulli eaꝝ religionē tacite vel exp̄sse ꝓfesse/sit vel esse valeat/q̄cūq3 rōne vel causa (nisi forte tāto ꝛ tali morbo euidēter eaꝝ aliquā laborare ꝯstaret: ꝙ non posset cum alijs absq3 graui ꝑiculo seu scādalo cōmorari) monasteria ipsa deinceps egrediendi facultas. Ex q̄bus verbis clare constat/licentiam hmōi auctē ap̄lica esse ꝓhibitā3. Nec obstat si aliq̄s dicat ꝙ hoc potest intelligi de exeundo ad domos seculariū ne secularibus moniales illecebris inuoluātur/ꝛ non ad aliud monasterium causa curādi vel hmōi. Nā glo. nō curat de similibus interp̄tationibus: sed intelligit textū3 istum de exitu simpliciter ꝛ absolute: dicens ꝙ nec ad aliud monasteriū causa curandi vel huiusmodi/sed ꝙ sit in perpetua clausura/ p̄terq̄ in duobus casibus quos excipit: quorum noster nullus est. Igitur. R. P. M. predictam monialem licentiare non potest: vt multipliciter ꝛ euidenter probatum est per predicta.


Quinta ꝓbatio.

Nota.

¶ Ex predictis infertur euidēter: q̄ nullaten⁹ pōt aliquis p̄dictorum p̄latorum/absq3 licentia sedis apostolice /mutare aliquā monialem sue cure subiectam de monasterio in quo p̄fessa est/vel de alio ad qd̄ legitime translata est / ad aliud monasteriū/vt ibi habeat curā infirmarū: vel vt pulset organa: vel propter alias consimiles causas: nisi solum pro causis expressis per Urbanum/vt supra positum est.

Commissarij.

1 De commissario generali.



Leo. x. statuit vt q̄n ḡnalis minister electus fuerit de cismontanis: instituat in partibus vltramontanis vnum ḡnalē cōmissarium ab eisdē vltramōtanis fratribus eligēdum: cui minister ḡnalis sup̄ p̄fatos fratres vltramōtanos vices suas cōmittat: p̄ut capl'o generali expedire videbit̄: Ita tamē q̄ cōmissari⁹ p̄fato ministro ḡnali omnimode subijciat̄: vt ceteri dicti ordinis p̄lati subijciūtur: ac illi p̄ oīa s̄m regulā obedire teneat̄. Dum vero minister ḡnalis fuerit ex vltramōtanis fratrib⁹ electus: tūc pariformiter cōmissarium ḡnalem cismōtanū instituere debet parimodo quo de vltramōtano cōmissario superius dictū & statutū est. Qui qdem cōmissarius ḡnalis p triēnium solū ḡnalis cōmissionis funget̄ officio quo triennio elapso nouus cōmissarius p ministrū ḡnalē in capl'o ḡnali vt supra eligēdus (s̄m qd̄ vltramōtanis vel cismōtanis de cōmissario fuerit p̄uidēdū) institui debeat. B. ffio. 29. conce. 95.


2 ¶ Idem Leo fecit quoddā decretū aduersus commissarios cruciate: prout habetur in dictione Cruciata. §. 4. vide ibi.

Communicatio priuilegiorum.

¶ Distinctio materie cōmunicationis priuilegiorum fratrum mendicantium.

¶ Aduertendū ꝙ respectu cōmunicationis priuilegioꝝ facte sunt multe ac varie cōcessiones oibus ordinib⁹ fratrū mēdicantiū/que inferius annotant. Sed attēdere oportet ꝙ ille que specialiter concernunt frēs minores ꝛ moniales ac tertiarios eoꝝ cure subiectos/ponuntur primo. Ille aūt cōcessiones que tangūt fratres ordinis p̄dicatoꝝ/ponunt secūdo loco. Ille vero cōcessiones que spectāt ad frēs Augustinenses/necnō ad suos tertiarios/ ponūtur consequēter in tertio loco. Quedā aūt cōcessio que ptinet ad frēs Carmelitanos: ponit quarto loco. Alia isup ꝯcessio attinēs ad frēs ordinis minimoꝝ/ponit quinto loco. Sed p oibus mēdicantibus insimul habetur quedam alia concessio: que ponitur in fine omnium. Collector

¶ Pro fratrib⁹ minorib⁹ ac etiā p̄dicatorib⁹.



Sixtus. 4. concessit pfessoribus ordinis mi. vt cōcessis fratribus p̄dicatoribus: ꝛ eiusdem p̄dicatoꝝ ordinis fratribus: vt concessis p̄dictis fratribus minoribus priuilegijs/indulgentijs/gratijs/fauoribus ꝛ indultis: tā spiritualibus ꝙ̄ tēporalibus: a romanis pōtificibus p̄decessoribus suis ꝛ alijs auctem habētibus (que oia ac si nominatim exprimerē tur haberi voluit p expressis) potiri ꝛ gaudere possint/ꝛ debeāt ppetuis futuris tēporibus in oibus ꝛ p oia/prorsus ꝛ sine vlla differētia/ pinde ac si que vni ex ordinibus p̄dictis sunt cō cessa/vtriqꝫ simul nominatim cōcessa fuissent/ 1

aut cōcederent imposterū. Et voluit ꝙ ea que de magistro gñali ꝛ ꝓuincialibus prioribus dicti ordinis p̄dicatoꝝ/ac monasterijs monialiū sub coꝛūdem fratrū p̄dicatoꝝ cura: ꝛ ſm ipsius ordinis instituta viuentiū sunt statuta/in generali ꝛ ꝓuincialibus ministris ꝛ vicarijs dicti ordinis minoꝝ ꝛ monasterijs monialiū sancte Clare/ꝛ econtra censeantur esse statuta. B. fo. 61. Et ffo. 144. conce. 354.

2 Pro fratribus minoribus ꝛ p̄dicatoribus ꝛ eis subiectis.

¶ Idem Sixtus in bulla Aurea: oēs ꝛ singulas gr̄as/cōcessiones ꝛ peccatoꝝ remissiones/immunitates/exēptiones/facultates/ꝓuilegia ꝛ indulta spiritualia ꝛ tēporalia/qualiacunqꝫ sint/heremitaꝝ sancti Augustini/ꝛ Carmelitarū/ꝛ Seruoꝝ sancte Marie fratrū ordinibus/ꝛ coꝝ ecclesijs ꝛ oratorijs/ac domib⁹/porib⁹/fratribus ꝛ sororibus/cōuersis ꝛ oblatis ꝛ vtriusqꝫ sexus p̄sonis de penitētia nuncupatis: a p̄decessoribus suis romanis pontificibus ꝛ ab eodē Sixto aut alijs authoritatem habētibus (que omnia ac si nominatim exprimerent haberi voluit pro sufficiēter exp̄ssis) coniunctim vel diuisim/in gn̄e vel in cōi ꝯcessa: eisdē vel eorum cuilibet p̄dicatoꝝ ꝛ minoꝝ fratrum ordinibus/domib⁹/ecclesiis/oratorijs/generali magistro/ministro/prioribus/ꝛ ministris ꝓuincialibus/cōuentualibus prioribus ꝛ guardianis/sororibus/oblatis/conuersis/ꝛ vtriusqꝫ sexus tertij ordinis seu de penitētia nūcupatis/ꝛ alijs eorūdē ordinū p̄sonis: de nouo ꝯcessit: ꝛ in eis locū h̄re voluit: ac si eisdē noīatim/directe ꝛ exp̄sse ꝯcessa fuissēt. B. fo. 66. Et ffo. 149. ꝯc. 367

3 Pro trib⁹ ordini-

¶ Idē Sixtus ꝯcessit seu cōicauit fratrib⁹ ꝛ sororibus trium ordinum beati Francisci omnia priuilegia tam spiritualia ꝙ̄ temporalia: oēsqꝫ

indulgentias ceteris mendicātiū ordinibus cō cessas/tam in cōi ꝙ̄ in particulari/eorūq; eccle siis ⁊ locis ąbuscūq;.b. fffo.109.conce.464. b⁹ sancti frācisci.

¶ Idem Sixtus cōcessit/ꝙ sorores sancte Cla re sub obediētia fratrū mi.obser.existētes gau deant omnibus priuilegijs / exemptionibus ⁊ gratijs cōcessis in genere sororibus reformatis sororis colete.o.fffo.96.conce.398. 4 Pro mo nialibus s.Clare.

Innocentius.8.cōcessit ꝙ omnia indulta/ gratie ac priuilegia cōcessa ⁊ concedenda fratribus familie cismontane/cen/ seantur etiam concessa vltramontanis ⁊ econ/ uerso.o.fo.64.Et ffo.68.conce.135.Et fffo. 69.conce.145. 5

¶ Idem Innocentius extendit seu cōmunica/ uit gratias ⁊ indulta concessa fratribus ⁊ soro ribus tertij ordinis in cōmuni viuentibus/etiā illis qui viuunt in particulari.o.fo.64.Et ffo. 69.conce.146.Et fffo.100.conce.375. 6 Pro ter tiarijs in pticulari viuētib⁹.

¶ Qualiter prefata cōcessio sit intelligēda/po nitur in dictione tertiarij post omnes concessio nes: vide ibi.

Alexander.6.cōcessit fratribus mi.regula/ ris obseruantie: vt omnibus ⁊ singulis gratijs ⁊ priuilegijs/libertatibus/im/ munitatibus ⁊ indultis spiritualibus ⁊ tēpora libus/tam fratrum predicatorum ꝙ̄ heremita/ rum sancti Augustini ⁊ beate Marie de mon/ te carmeli/omnibusq; alijs mendicantibus per sedem apostolicam vel legatos eiusdem / etiam per literas apostolicas mare magnum nuncu/ patas hactenus concessis (quorum tenores ac si de verbo ad verbū insererētur haberi voluit p sufficiēter expssis) vti potiri ⁊ gaudere libere ⁊ licite possint/⁊ ꝺbeāt in oib⁹ ⁊ p oia:pinde ac 7 Ampla cōicatio pulegio.

si pdictis fratribus mino. specifice concessa fuissent. B. fo. 76. Et ffo. 159. pce. 378.

8 Julius. 2. pcessit fratribus mi. cōsimilem cōmunicationē priuilegiorum aliorum ordidinum mendicātium/ad literam ponendo verba que Alexander. 6. posuerat in pcessione cōmunicationis in. §. 7. immediate precedenti annotata. B. ffo. 12. conce. 49.

9 Pro fratribus citra & vltramontanis. ¶ Idem Julius pcessit fratribus mi. obseruantie vltramōtanis: hoc est Hispanis: Gallis: & Alemanis: quod oībus indultis & puilegijs/exemptionibus/imunitatibus/gratijs/indulgētijs/& libertatibus familie cismōtane: pcessis & imposterum pcedendis vti/potiri/& gaudere libere & licite/prorsus & absq3 vlla dr̃ia in oibus & p oia valeāt: perinde ac si illa oia eidē familie vltramontane noiatim ac specialiter & expsse pcessa fuissent. B. ffo. 57. pce. 69. Et fffo. 3. pce. 5.

10 Particularis pro fratr. mi. regnorum castelle. ¶ Idem Julius pcessit fratribus minoribus/eorūq3 domibus oia & singula puilegia/immunitates/exemptiones/pcessiones/indulgētias & indulta/tā viue vocis oraculo q̃ aliaș sub qbuscūq3 tenoribus & formis fratribus ordinis p̄dicatorum regularis obseruātie regnorum castelle/ & legionis ac illorum domibus per ipsum Julium & p̄decessores suos romanos pōtifices/sunt se dem aplicam pcessa: ac si predictis fratribus ordinis mi. eorumq3 domibus concessa forēt. B. fo. 60. Et ffo. 127. conce. 284.

11 Declaratio & noua cōcess. cōicationis priui ¶ Idem Julius postea declarauit & pcessit: quod in p̄dicta priuilegiorum/gratiarum/& indultorum p̄fatorum cōicatione (.s. ordinis p̄dicatorum) tā vniuersaliter p p̄decessores suos toti ordini mi. q̃ etiā p ipsum particulariter p̄dictorum regnorū prius facta: vt ea q̃ quo ad absolutionem & dispensa-

tionem: vel alias/ad priorē gnālē seu magistrū ordinis pfatorum fratrū pdicatorum spectāt/ad ministrū vel vicariū gnālem fratrū minorum pertineāt. Et ea que ad priores cōuentuales. i. platos singularum domorum ordinis pdicatorum et eorum vicarios similiter spectāt/ad guardianos et eorū vicarios ordinis mi. etiā ptineant: Et ea que ad priores seu vicarios/vel subpriores puinciales. i. platos q medij sunt (quocūqz noie censeant et vocent) inter pdictū gnālē vel magistrū ordinis et priores cōuentuales eorūqz vicarios simili modo spectāt: ad ministros et vicarios puinciales ac custodes: q etiam medij sint inter ministrū et vicarium gnālem et guardianos eorūqz vicarios similiter ptineant: Et q sicut de potestate platorum. s. de platis ad platos dictum est/ita de cōgregationibus vnius ad congregationem alterius ordinis/et de fratribus puatis. i. sine platura ad frēs puatos: et de festiuitatibus ad festiuitates: in his casibus in qbus cōgregationibus/vel fratribus priuatis/ac festiuitatibus alterius ordinis aliquid concessum est: nunc et pro tempore respectiue concessa intelligantur: Ita q ea que in honorem sanctorum Dominici/Petri martyris/Thome de aquino/et Catherine de senis/fratribus vel locis pdicatorum sunt concessa: omnia illa fratribus mino. pfatis/eorumqz locis ac festiuitatibus sanctorum Fracisci/Antonij/Ludouici/Bernardini/Bonauēture/qnqz martyrum dicti ordis/q apō Marrochiū martyrij coronā adepti sunt: et s. Clare/ac in alijs festiuitatibus dicti ordinis minorum/licet sint in maiori numero q festa ipsorum fratrum pdicatorum/sint et intelligantur concessa. B. ffo. 74. conce. 222.

legio rum fratrū pdica. facta fratribus minoribus.

Pro quibuslibet platis ordinis.

Pro sanctis ordinis.

12 De priui le. monia liū sancte Clare.

Leo. 10. ꝯcessit: ꝙ sicut moniales s. Clare gaudent ꝑuilegijs fratrū min. ita ⁊ ipsi frēs gaudeāt/ ⁊ vti possint ꝑuilegijs ipaꝝ monialiū/ q̄ sub cura ipsoꝝ sunt dūtaxat: ⁊ in spūalibus tantum. O. ffo. 62. conce. 196.

13 Pro ob seruātib⁹ ⁊ cōuen tualibus.

¶ Idem Leo ꝯcessit: vt omnia ⁊ singula ꝑuilegia ⁊ indulta ordini fratrū min. tam per ipsum Leonē/ q̄ per alios quoscūqȝ romanos potifices cōcessa fratribus regularis obseruantie/ ac cōuentualibus p̄dicti ordinis / inuicem perpetuo sint cōmunicata/ eisqȝ suffragentur/ inquantum concordie per eundem Leonem facte non sunt contraria. B. ffo. 32. conce. 114.

14 Pro san ctis ordi nis.

¶ Idem Leo declarauit ⁊ cōcessit: ꝙ illud qđ conceditur omnibus sanctis ordinis predicatorum iunctim ⁊ cuilibet seu aliquibus eoꝝ/ intelligatur concessum omnibus sanctis ordinis mi. etiam iunctim ⁊ cuilibet eoꝝ/ etiā si sint in maiori numero. O. ffo. 58. conce. 164.

¶ Pro fratribus p̄dicatorib⁹ sigillatim.

15 Pro fra tri. p̄dica tori.

Idem Clemens phibuit: ne fratres minores ab aliquo legato (nisi de latere sedis apostolice misso) vel delegato/aut subdelegato aucte literarum apostolicarũ excõicari/suspendi/aut interdici possint/nisi litere ipse plenam & expressam de predicto ordine & indulto huiusmodi facerent mentionem. B. ffo. 3. conce. prima. 9

Excõicatio.

Nicolaus. 4. concessit exemptionem totales ordini minoꝝ/decernens ordinez pdictum & fratres eiusdem immediate sedi apostolice subiacere: ac ecclesias/& oratoria/domos/loca/libros/vtensilia/& alia mobilia & immobilia/quorum vsum habent fratres prefati in ius & proprietatem sedis apostolice suscepit. B. fo. 28. Et ffo. 112. conce. 243. 10

De immediata sub iectiõe sedi aplice.

Vide ampliationẽ pfate ꝯcessionis. i. §. 14.

Bonifacius. 8. confirmauit literas pdecessorum suoꝝ super exẽptione pdicta: & de nouo exemit fratres mino. pfatos & aloꝝ ordinem ab omnium & singuloꝝ quorũlibet prelatorum & personarum ecclesiasticarum omnimoda potestate/ac iurisditione/decernẽs prefatos fratres & ordinem eoꝝ immediate sedi apostolice tantummodo/& romano pontifici subiacere. b. fo. 32. Et ffo. 32. conce. 34. 11

Cõfirmatio exemptionũ sup prascrip.

Idem Bonifacius ꝯcessit monialibus. s. Clare: vt ad pstationem decimarũ de quibuscunqz possessionib⁹/& oibus aliis bonis que iuste habuerint/vel ad ꝯtribuendũ in ꝓcurationibus quorũlibet ordinarioꝝ/& etiã legatoꝝ/& nũtiorum sedis aplice/ac qbuslibet taliis & collectis/aut ad exhibendũ pedagia/telonea/& alias exactiones qbusuis regibus/principibus/seu aliis psonis minime teneãtur/nec ad id cõpelli aliqliter valeant. B. fo. 38. Et ffo. 122. ꝯce. 267. 12

Pro monia. sãcte Clare.

13 Pro augustinen. ¶ Idē Bonifacius dedit copiosam exēptionē fratribus Augustinēsibus/ ⁊ eoꝝ ordini: sicut ꝯcesserat ffib⁹ ⁊ ordini mi. B. ffo. 247. ꝯc. 619

14 Amplia/tio exem/ptionum supraſcri ptarum. **Benedictus.** 11. exemit ordinē fratrū mi. sicut fecerat Nicolaus. 4. ſu pra. §. 10. ⁊ addidit/ ꝙ nec etiā rōne delicti cō missi/ vel initi ꝯtus/ aut rei site/ vel posite/ seu exñtis extra loca eorūdē fratrū exēpta possint corā ordinarijs/ vel alijs prelatis ecclesiasticis molestari/ seu quolibet ꝯueniri/ non obstāte cō/stitutione Innocētij. 4. in ꝯrium faciēte. B. fo. 24. Et ffo. 108. conce. 232.

15 Plenissi ma exem ptio pro fra. pdic. ⁊ alijs p/sonis eis subiectis. **Martinus.** 5. approbauit/ ⁊ ꝯfirmauit lite/ras Bonifacij. 9. q dedit amplis simā exēptionē ordini fratrū pdicatoꝝ/ ⁊ ab eo dependētibus sub sequentibus verbis: Vesti/gijs nōnulloꝝ pdecessoꝝ nostroꝝ inherētes/ or dinē ipm/ ac magrm gnalem/ ⁊ priores/ ⁊ frēs pdictos/ necnō quascunq3 sorores/ ac domos/ monasteria/ ⁊ hospitalia qcunq3/ q sub cura ⁊ regimine ordinis fratrū pdicatoꝝ fuerint ꝑ tpe ꝯstituta/ ⁊ eoꝝ rectores ⁊ gubernatores cū oī/bus suis iuribus ⁊ ptinētijs/ que in pñtiarū obtinent/ ⁊ in futurū (dante domino) iustis mo dis poterunt adipisci/ ab omni iurisditione/ do/minio/ subiectione/ ⁊ ptāte quorūlibet ordina/rioꝝ/ ⁊ platoꝝ/ ac psonaꝝ ecclesiasticaꝝ/ necnō a solutione cuiuscūq3 collecte/ pedagij aut cu/iuscūq3 alterius gñis exactionis de aplice po/testatis plenitudine/ ⁊ de certa sciētia prorsus eximimus/ ⁊ totaliter liberamus: illaq3 in ius/ ⁊ pprietatem beati Petri ⁊ sedis aplice/ ⁊ sub

Exactio/nes. eoꝝ speciali ⁊ immediata ptectione suscipimus/ decernētes ordinē/ magistrū/ priores/ frēs ⁊ so/rores/ q nūc sunt/ ⁊ erunt pro tpe/ domos/ mo/

nasteria/loca ꝛ hospitalia supradicta/ eorũq; rectores ꝛ gubernatores cũ omnibus iuribus ꝛ ptinẽtijs hmõi solũ imediate sedi aplice subiacere: ita ꝙ ordinarij/ ꝛ p̄lati hmõi/ siue quevis alia psona gñaliter: vel specialiter/ aut communiter/ vel diuisim non possint quauis aucte excõicationis/ suspẽsionis/ ꝛ interdicti sentẽtias pmulgare: aut alias etiã rõne delicti/ seu cõtractus/ vel rei de qua agit/ vbicũq; cõmittatur delictũ/ ineatur ptractus/ aut res ipsa cõsistat/ potestatẽ seu iurisditionẽ aliquam quomodolibet exercere: Ibidem etiaz pcedit oibus supra nominatis exẽptionem a solutione decimarũ/ ꝛ pedagioꝝ/ ꝛ collectarum valde copiosissime/ ita ꝙ in oibus exẽptionibus ordinũ mendicantiũ nulla reperit copiosior. b. ffo. 262. pce. 681. Et habetur sub autentico. B. fffo. 80. cõce. 240. sub nomine Eugenij. 4. Decime.

16 Eugenius. 4. approbauit/ ꝛ pfirmauit lraς Bonifacij. 9. ꝛ Martini. 5. in quibus dat copiosissima exemptio ordini fratrum predicatorum: vt supra positum est. §. 15. Hec autem approbatio Eugenij habetur autentica. B. fffo. 80. conce. 240. Pro fratri. pdic.

17 ¶ Idem Eugenius exemit ordinez. S. Clare/ abbatissas/ puentus/ moniales/ monasteria ꝛ loca eiusdem ordinis cũ oibus iuribus ꝛ ptinentijs/ ac bonis mobilibus ꝛ immobilibus qbuscunq; ab omni iurisditione/ ac dominio ꝛ potestate quorumcũq; legatorum/ ꝛ prelatorum ecclesiasticorum cum maximis clausulis/ ꝛ non obstantijs: Ac similiter exemit a prestatione/ seu solutione decimaruz/ collectaꝝ/ talliarum/ subsidiorum/ angariarum/ ac quarumlibet aliarum exactionum. b. ffo. 41. pce. 46. Pro monia. sãcte Clare. Decime. Exactiones.

18 Nicolaus. 5. quia aliqui ecclesiarum plati/ et alij nõ obseruabāt exēptionis literas ↄcessas fratribus mi. statuit et mādauit: vt nulla psona cuiuscūq3 dignitatis/ gradus/ status/vel ↄditionis existat/de cetero pdictos fratres molestare/aut pturbare psumant / sub excōicationis pena ipso facto incurrēda/si post monitionē ab hmôi fratrib9 factā ↄtrariū presumpserint ¶ Et ibidem ↄcedit gñali ministro potestatē corrigēdi oēs frēs dicti ordinis/siue in monesterijs monialiū/siue in alijs domibus/ et heremitorijs/seu locis cōmorantes/etiam ab obediētia/visitatione/et correctione dicti ministri p specialia sedis aplice indulta se exemptos esse pter regule et statutorum dicti ordinis formā ptendentes: non obstātibus qbuscunq3 priuilegijs/exēptionibus/et indultis aplicis in genere/vel in specie concessis. b. ffo. 47. ↄce. 50.

Excōicatio. Gñalis minister. Correctio. Exēptio.

19 Sixtus. 4. exemit fratres mi. a solutione decimarum quarūcunq3/etiā papaliū: vt habet supra ad lōgū in dictione Decime. §. 5.

Decime.

20 ¶ Idem Sixtus exemit moniales. s. Clare a solutione decimarum/etiā illarum terrarū et possessionū/quas p colonos faciūt cultiuari: put positum est supra in dictione Decime. §. 7.

Decime.

21 ¶ Idem Sixtus exemit ecclias parrochiales apud q̄s monasteria fratrū mi. sunt ↄstructa/ et capellanos in illis p parte fratrū corūdē positos ad seruiēdū a iurisditione et supioritate ordinariorum. B. fo. 60. Et ffo. 144. cōce. 351. Et habetur supra latius in dictione Ecclesie fratrum. §. 4. vide ibi.

Parrochia. ecclesie.

22 ¶ Idem Sixtus inhibuit locorum ordinarijs sub interdicti ingressus ecclesie et suspēsionis a regimine/et administratione ecclesiarum suarum / ac

rectoribus & alijs quibuscūq; sub excōicatiōis late sentētie/& priuationis earūdem parrochia liū eccliar/ac oium alior bñficiorum ecclesiasticor q̄ obtinēt/necnō inhabilitationis ad illa & alia imposter obtinenda/penis/eoipso p eos qui ↄtrafecerint incurrēdis/ne ordines fratrū p̄dicator/& minor/& illor domos/& pfessores/ p̄ter/aut ↄtra tenorē priuilegior suor per lras aplicas ↄcessorum eos ingetare / seu molestare p̄sumant:ac eos/aut testamentor vltimarūq; voluntatū executores & heredes/seu quoscūq; alios/directe/vel indirecte ad solutionē cuiuscūq; q̄rte parrochialis/seu canonice/vel alterius portionis/seu oneris:vel ad faciēdū celebrari aliqd officiū in cor eccl'ijs/vel alibi/dum apud ipsos frēs decedētiū corpora tumulant/ añ vel post eor sepulturā cogāt: Nec ↄfessis dictis fratrib9 eucharistie/seu extreme vnctionis sacramēta sine rōnabili causa denegare/vel illor exhibitionē malitiose differre/aut eor parrochianis/ne p̄dictis fratribus ↄfiteantur ꝓhibere/vel persuadere/nec etiam ad p̄missa / aut aliquod p̄missor auxilium/ↄsilium/vel fauorem dare directe/vel indirecte quoquomodo presumant. B.fo.61.Et ffo.145.conce.355. Excōicatio. Pro fratri. p̄dic. & mino. Quarta. Sacra.

¶ Idem Sixtus ↄcessit fratribus Carmelitanis copiosam exēptionem dicens in summa: q nullus ordinarius/seu legatus quauis autboritate vtens quācunq; superioritatem super p̄dictos fratres sibi vēdicare p̄sumat: Neq; aliquis absq; speciali cōmissione sedis aplice faciente mentionē de v̄bo ad v̄bum de hmōi indulto valeat ꝓmulgare aliq̄s sententias excōmunicationis/seu alias censuras super eosdem: Et voluit q processus facti contra fratres p̄- 23 Pro fratrib9carmelitis. Excōicatio.

fatos p infectis habeãtur/etiaꝫ si eoꝝ exẽptio (vtpote notoria) nõ fuerit allegata. B. fo. 99. Et ffo. 183. ꝯc. 449. Et etiã ffo. 185. ꝯc. 466. extẽdit exẽptionem ꝑdictoꝝ fratrũ ad hoc: vt nullus possit cõpellere eos ad cognoscendum causas/ ꝛ pleraqꝫ id genus/ etiã p lr̃as apl̃icas nõ faciẽtes de indulto hoc speciale mẽtionem.

24 Pro carmelitis. ¶ Idem Sixtus exemit ꝑdictos fratres Carmelitas a quacunqꝫ iurisditione inquisitoꝝ heretice prauitatis cum magnis non obstantijs. B. fo. 112. Et ffo. 196. ꝯce. 489.

25 Pro fratr. ꝑdica. ¶ Idem Sixtus dedit copiosam exẽptionem fratribus ordinis ꝑdicatorũ ad instar exẽptionis date fratrib9 Carmelitis/ ꝛ Mi. B. o. ffo. 238. ꝯce. 560. ꝛ. 564. ꝛ vsqꝫ ad ꝯcessio. 570.

26 Inqsitores hr̃sis Innocentius. 8. ꝯfirmauit/ ac de nouo cõcessit lr̃as Clemẽtis. 4. ꝛ Sixti. 4. eximẽtes fratres mi. a iurisditione inquisitoꝝ heretice prauitatis/ ꝓhibẽdo eosdem inquisitores cõtra fratres hmõi quomodolibet procedere/ vel inquirere. b. ffo. 52. ꝯce. 60.

27 Leo. 10. confirmauit lr̃as ꝑdictas Innocentij. 8. ac de nouo ꝯcessit easdem/ inferẽdo illas de v̾bo ad v̾bum/ decernens illas debere inuiolabiliter obseruari a qbuscũqꝫ inquisitoribus heretice prauitatis. B. fffo. 21. ꝯce. 64.

28 Inqsitores hr̃sis ¶ Idẽ Leo iterũ ꝓhibuit districte inqsitorib9 heretice prauitatis: ne se vllo modo intromittãt de fratribus mi. sup quo dedit ꝯseruatores vniuersos ecclesiaꝝ ꝑlatos. B. fffo. 20. ꝯc. 63.

29 Pro monia. sancte Clare. ¶ Idem Leo approbauit/ ac de nouo cõcessit lr̃as suoꝝ ꝑcessorum: qui exemerant moniales sancte Clare ab omni iurisditione sedis apostolice/ ꝛ a solutione quarumcunqꝫ decimarum/ etiã de terris ꝛ possessionibus/ quas per colonos faciunt

nos faciunt cultiuari. B. ffo. 44. cce. 139.

¶ Idem Leo postea exemit moniales. s. Clare/ ꝛ tertiarias a solutiõe cuiuslis decime: vel taxe/etiã per sedem apostolicam imposite: si tamẽ ita sunt pauperes: quia ipsarum redditus nõ sufficiunt pro commoda illarum sustentatione. B. ffo. 47. conce. 143. 30 Pro moniali. sãcte Clare ꝛ tertia.

¶ Idẽ Leo exemit frẽs minores obs. a iurisditione cõmissariorum cruciate/ ꝛ aliis consimilibus/ precipiens huiusmodi commissariis sub grauibus censuris: ne assumant fratres minores prefatos ad predicandum cruciatam. B. ffo. 48. conce. 144. Hoc positum est supra ad longum in dictione Cruciata. §. 4. 31 De cõmissariis cruciate.

¶ De exẽptione a quarte funeralis solutione sunt multe concessiones diuersorum pontificum supra posite in dictione Canonica portio. Collector.

¶ Sed circa hãc mãm est aduertẽdũ/ quia suprascriptarum exẽptionũ/ ꝛ nõnullarum aliarum concessionũ in fauorẽ fratrũ mẽdicantiũ concessarum fuerunt alique derogate per conciliũ Lateranẽse vltimo celebratũ: vt positũ est in dictione Concilium. §. 6. Attñ quia vt ibidẽ. §. 7. dicitur/fuerũt reualidata nostra priuilegia: ꝛ per consequens sunt annullate huiusmodi modificatiões/seu derogationes: iõ nõ oportet illas hic inserere: presertim quia quo ad exẽptionem proprie sumptã fere nihil est innouatũ/seu derogatum/ per concilium prefatum.

Familiares seu famuli fratrũ.



Alexander. 4. fecit quandã concessionẽ famulis: seu familiaribus ꝛ procuratoribus/ac operariis fratrũ pro tempore interdicti: que ponitur ad longum in dictione Interdictum. 3. in. §. 1. vide ibi. 1 Interdictum.

2 Ex ꝑuīle. carmelit. **Alexāder.** 4.cōcessit fratrib⁹ ordinis Carmelitarum facultatē ministrādi ecclesiastica sacramēta famliarib⁹ suis:ac tradendi eos sepulture ecclesiastice/cum decesserint.B.fo.85.Et ffo.168.conce.391.

3 Sacra. Sepultura. **Clemens.**4.ꝯcessit fratribus mi.vt his qui in eoꝝ morant̄ obseqis cūcta libere ministrare possint ecclesiastica sacramēta:⁊ ipsos cum decesserint in suis cemiterijs sepelire.B.fo.56.Et ffo.140.conce.315.

4 ¶Idem Clemēs fecit alterā ꝯcessionem famulis/seu familiaribus/⁊ ꝓcuratoribus/ac operarijs fratrū minoꝝ:ꝓut ad longum positū est in dictione Interdictum.3.in.§.3.Uide ibi.

5 Ex ꝑuīle fratrum ꝑdica. **Gregorius.**11.fecit ꝯsimilem ꝯcessionē familiaribus fratrum ordi.predi.per eadem v̄ba sicut Clemens.4.fecerat familiaribus fratrū mi.vt supra positum est.§.3.⁊.4.B.ffo.236.conce.546.

6 Indulgētia. **Sixtus.**4.ꝯcessit/ꝙ illi q̄ sunt in seruitio fratrū mi.⁊ soroꝝ.s.Clare/habeant indulgentiam plenariam in morte/ac semel in vita de reseruatis.o.fo.62.Et ffo.66.ꝯce.96.

7 Ex ꝑuīle. fra.mini. Sepultura. **Julius.**2.cōcessit fratribus ordinis minimorū/ꝙ famuli domoꝝ sui ordinis/nec/nō ceteri eiusdē ordinis habitū portātes/⁊ in articulo mortis in dictis domibus sepulturam eligentes oībus ⁊ singulis priuilegijs ordinis minimoꝝ hmōi quomodolibet ꝯcessis gaudere libere/⁊ licite valeant.B.ffo.8.ꝯce.22.

8 Prohibitio. Sacra. **Leo.**10.in ꝯcilio Lateranēsi statuit:ꝙ fratres famulis eorū obsequio insistētibus sacramēta eccl̄iastica nullatenus ministrare valeāt:nisi illoꝝ durāte obseqo.B.fffo.26.ꝯ.74

9 ¶Idem Leo vbi supra statuit:ꝙ ꝓcuratores/

⁊ negocioꝝ gestores/ac operarij fratrū seruitijs insistētes sentētijs excōicationis ꝓmulgatis illaqueati sint/⁊ esse censeātur: si illis causam dederint/aut dātibus ꝯsilium/auxiliū/vel fauorem prestiterint. B. ffo. 26. ꝯce. 85. Excōicatio.

¶ Aduerte/ꝙ nōnulla alia ꝯcessa sunt in fauorem familiariū fratrū ꝑ tpe interdicti: Et quia hec posita sunt supra in dictione Interdictum. 3. in oib⁹. §. ideo supfluū foret hic illa repetere. Collector.

Festiuitas.



Gregorius. 9. precepit vniuersis ecclesiarū ꝑlatis: vt excitēt deuotionē fideliū ad venerationē scti frācisci/ac ꝙ solēnitatem eius. 4. nonas Octobris annis singulis solenniter celebrēt: ⁊ celebrādam denuncient. b. fo. 19. Et ffo. 22. ꝯc. 2. 1 De sācto frācisco.

¶ Idem Gregorius similiter precepit ecclesiarum ꝑlatis: quatenus deuotionem fidelium ad venerationem sancti Antonij de Padua excitantes festiuitatem ipsius idibus Junij annis singulis celebrent: ⁊ faciant solenniter celebrari. B. fo. 117. Et ffo. 200. ꝯce. 491. 2 De sācto Antonio.

Martinus. 5. statuit: ꝙ de oibus festis triū lectionum festa nouem lectionū fiant: Et ꝙ vtrūq; festū sancte Crucis sub duplici officio celebretur: Ac ꝙ rubrica de festis occurrentibus infra octauā/non intelligantur de precedentibus/seu residuis/sed solum de existentibus/ seu occurrentibus infra octauā. b. ffo. 36. concessione. 44. 3 Officium diuinum. Octaua.

Eugenius. 4. dixit: ꝙ seculares laborantes in festis sancte Crucis/ ⁊ sancti Michaelis septēbris/ac sanctoꝝ Innocentum/ 4 Pro secula. ⁊ laborato.

⁊ sancti Siluestri se nolle ꝙ peccēt mortaliter: nisi venerint in dominica.o.fo.61. Et ffo.64. conce.83.Et fffo.101.conce.396.

5 ¶ Idem Eugenius dispensauit cū barbitōsoribus: vbi est ꝯsuetudo in sabbatis ⁊ vigilijs ꝺ sero radere barbas.o.fffo.101.conce.400.

6 De ꝯcep. vginis. Sacrosancta synodus gn̄alis Basiliensis renouauit institutionē de celebrāda festiuitate sctē ꝯceptionis vginis Marie: q̄ tā p romanā/q̄ꝫ p alias eccl'ias sexto idus decēbris statuit/⁊ ordinauit in oibus eccl'ijs/⁊ monasterijs/⁊ conuentibus chriane religionis sub noie ꝯceptionis festiuis laudibus colendaꝫ esse.b.fo.42. Et ffo.40.conce.45.

7 De sācto Bonau. Sixtus.4.cōcessit/ꝙ fiat festū sancti Bonauenture dn̄ica scda Julij: nisi fuerit primo ponenda.o.fo.64.Et ffo.68.ꝯce.134.

8 De sācto frācisco. ¶ Idem Sixtus cōcessit vniuersis ⁊ singulis chrifidelibꝰ vere penitētibus ⁊ ꝯfessis: q gloriosi scti frācisci festiuitatē (quā ꝑpetuis futuris tpibus celebrē esse/⁊ vt festū duplex a cunctis chrianis celebrari/ab oiqꝫ opere seruili abstineri/⁊ sub obseruātia ⁊ p̄cepto cōprehēdi voluit) celebrātibus annuatim deceꝫ annos/⁊ totidem quadragenas de iniūctis eis penitentijs relaxauit.B.fo.46.Et ffo.130.ꝯce.291.

Indulgētia. Collector. ¶ Aduertendū est circa p̄dicta/ꝙ in libro intitulato firmamēta triū ordinū beati frācisci in gallis imp̄sso ꝯtinet hec eadē bulla/seu breue: attn̄ vbi hic dicit decē annos ⁊c.dicit illic/quinquaginta annos ⁊c. Et sil'r reperi scriptū in q̄dā tabula antiqua p̄uilegioꝝ ordinis: vtrū aūt istoꝝ sit verius/non potui determinate scire.

9 ¶ Idem Sixtus ꝯcessit/ꝙ fratres min.possint vbiqꝫ solenniter ⁊ publice festum quinqꝫ mar

tyrum sui ordinis/qui apud marrochium passi sunt. s. Gerardi/ Petri/Adiuti/Accursij/ et Ottonis/in officio duplici maiori die. 16. Januarij celebrare/qua die ab hoc seculo per martyriũ recesserunt. B. ffo. 131. concessione. 294. De q̃nq3 martyri.

¶ Idẽ Sixt⁹ ꝯcessit ꝙ possimus dicere Credo in festiuitatibus/ seu solẽnitatibus sanctoꝝ nr̃i ordinis et. s. Clare. o. fo. 63. Et ffo. 67. ꝯc. 118. 10 De sc̃tis oib⁹ ordinis mi.

¶ Idem Sixtus ꝯcessit/ꝙ fratres mi. possint dicere officiũ ꝓprium sancti Lodouici epi et cõfessoris sui ordinis. o. fo. 63. Et ffo. 67. ꝯ. 119. 11 De sctõ Lodo.

Alexander. 7. cõcessit oibus et singulis fratribus minoribus de obs. vt in festo p̃sentationis virginis Marie/ac scti Gabrielis archãgeli/ et. s. Catherine ṽginis et martyris ꝓpria officia dictaꝝ festiuitatu3 libere/ et licite recitare/ac dicere possint et valeãt: et ꝙ festu3 p̃dicte virginis et martyris Catherine sub minori duplici celebrare possint: et ꝙ ꝓ introitu misse eiusdem dicatur officiũ / Gaudeamus omnes et c. o. fo. 66. Et ffo. 70. ꝯce. 165. 12 De offic. ꝓprijs q̃rũdã fest.

¶ Idem Alexander concessit: ꝙ fiat festũ sancti Gabrielis in vigilia sancti Joseph. o. fo. 66. Et ffo. 70 conce. 166. 13

¶ Idem Alexander ꝯcessit fratribus mi. de obser. vt in solẽnitatibus sanctoꝝ proprias eoru3 historias (et si in breuiario non sint) dicere et recitare valeant: Et ꝙ festum omnium sanctoꝝ dicti ordinis sub vna celebritate possint dicti fratres dicere/ac recitare. o. ffo. 261. ꝯc. 679. 14 De historijs ꝓpr. sanctoꝝ.

Julius. 2. concessit/ꝙ omnia que sunt concessa in festiuitatibus sanctorum ordinis predicatorum/ omnia illa in festiuitatibus sanctorum ordinis mino. (cũ ꝗuis sint in maiori numero/ꝗ̃ festa predicatorum) concessa sint/ et 15 Cõicatio ꝓuilegio.

esse intelligantur. B. ffo. 228. conce. 533. Et ffo. 74. conce. 222.

16 Leo. 10. cõcessit fratribus mi. ⁊ monialibus sancte Clare: vt in ecclesijs monasterioꝝ suoꝝ dũtaxat possint libere / ⁊ licite celebrare / publice / ac solenniter officiũ de beatis martyribꝰ Daniele / Agnelo / Samuele / Romulo / Leone / Nicolao / ⁊ Hugolino frĩbus dicti ordinis mi. qui pro chri noie mortẽ subiere libẽter / ⁊ martyrij palmã in sarracenoꝝ partibus ꝯsequi meruerunt in officio duplici maiori in die determinanda a gñali capitulo: Ac etiam in letanijs ⁊ alijs diuinis officijs / prout de alijs sanctis per sedem apostolicam canonizatis / memoriaꝫ facere: ⁊ ꝙ similiter propriã legendam eorũ in choro cantare possint. B. ffo. 19. conce. 60.

De septẽ fratr. mi. martyri.

17 Idem Leo ꝯcessit monialibus s. Clare sub cura ⁊ regimine fratrũ obs. existentibus / ꝙ festa beate Agnetis / ⁊ vndecim miliũ virginũ ppetuis futuris tpibus sub ritu duplicis maioris celebrare libere / ⁊ licite possint / ⁊ valeant. B. ffo. 42. conce. 134.

Pro monia. sãcte Clare.

18 Idem Leo cõcessit / ꝙ fratres mino. obseruãtie possint celebrare festa / in quorũ honore ecclesie locorum suorum sunt dedicate / sub ritu duplicis maioris / etiam si ẜm ordinarium essent de se simplicia. o. ffo. 93. conce. 284.

Pro sanctis voca. lo. fra.

Frãciscus pater nr̃ seraphicus.

1 Gregorius. 9. ascripsit beatum frãciscum cathalogo sanctorum maxima cum solẽnitate / ac precepit omnibus ecclesiarum prelatis: vt quarto nonas octobris celebrent / ⁊ celebrãdam denuncient populis eiusdem sancti festiui

festiuitas

catem.b.fo.19.Et ffo.22.conce.2.

¶ Idem Gregorius dedit multas bullas/seu breuia in fauorem stigmatum beatissimi patris nostri francisci: que reperientur infra in dictione Stigmata. 2 Stigmata.

Sixtus.4.pcessit indulgetias celebratib9 festu beati fracisci:ac voluit/q sub ritu duplici celebret ab oib9: Et madauit hmoi festu sub pcepti vinculo obseruari: vt supra in dictione festiuitas.§.8.latius positum est. 3 Indulgetia.

¶ Idem pcessit/vt possit dici Credo in octaua festiuitatis sancti fracisci.o.fo.64.Et ffo.68. cōce.133. ¶ Vide supra in dictione Credo declarationem huius concessionis. 4 Credo.

¶ Idē Sixtus pcessit/q in die scti francisci/et stigmatū eiusdē possint frēs mi.dicere ppriā pfationem in missa.o.fo.63.Et ffo.67.pce.110. 5 Prefatio.

¶ Idem Sixtus concessit/q in omnibus missis votiuis sancti francisci dicatur propria pfatio.o.ffo.102.conce.412. 6 Prefatio.

¶ Idem Sixtus pcessit aliqua in fauorem habitus trium ordinum sancti francisci: put inuenietur infra in dictione Habitus: Et in dictione Indul.ple.quo ad fratres.§. 7 Habitus ordi.


¶ Multi alij summi pontifices concesserunt magnas remissiones peccatorum morientibus/et sepeliri se mandantibus in habitu sancti francisci:que etiā reperientur infra in dictione Indulgentie quo ad seculares.6. Collect. Habitus

¶ Complures etiam summi pontifices pcesserunt multas et varias indulgētias/et peccatorum remissiones visitātibus ecclesias scti pris francisci:ac ēt in illis sepeliri se mādantibus aut in earum claustris/et cemiterijs: necnō porrigētib9 manus adiutrices p illarum edificatione:aut re- Indulgetia

paratione: et filiis exhibentibus opera pietatis et charitatis fratribus mi. filiisque prefati sanctissimi patris: que omnia distincte reperientur infra in dictione Indulgentie que ad seculares. 1. et. 2. et. 3. et. 4.

Stigmata. ¶ Insuper nonnulla pertinentia ad Stigmata predicti seraphici patris ponuntur infra in dictione Stigmata. Vide ibi.

Generalis minister.

1 Electio. 

Clemens. 4. statuit: quod generalis minister statim postquam electus secundum regulam/ et constitutiones ordinis fuerit: eo ipso verus eiusdem ordinis generalis minister effectus curam animarum fratrum ipsius ordinis plenam habeat/ et libere gerat: Ac quod fratres predictos auctoritate apostolica ligare/ ac soluere: necnon in eodem ordine agere valeat/ que ipse minister et diffinitores capituli generalis iuxta constitutiones predictas ordini et fratribus secundum deum viderint expedire: ipsique fratres huiusmodi generali ministro deuote ac humiliter obediant: Et similiter voluit quod generalis minister a prouintialibus ministris et custodibus secundum regulam et constitutiones ipsius ordinis absolui/ et ammoueri possit. B. fo. 56. Et ffo. 139. conce. 307.

2 Electio. ¶ Idem Clemens fecit aliam concessionem circa electionem generalis ministri: que posita est supra in dictione Electio. §. 3. vide etiam ibidem alias duas Nicolai. 4. §. 5. et. 6.

3 Concilium constantiense statuit: quod generalis fratrum mi. possit et debeat conuentus sibi subditos ad statum stricte obseruantie personarum iuxta declarationes/ et statuta sedis apostolice et ordinis reducere/ tollendo quascunque superflui/

tates/siue sint in rebus mobilibus/vel immobilibus/quantū fieri poterit bono modo/habito semper ꝯsilio maiorum ⁊ discretoꝝ sibi obedientiū:ac eligēdo(si opus fuerit)aliquas personas/que ipsas superfluitates aucte dicti ꝯcilij vendant/cōmutent/aut aīs in operibus cōuētuū ꝯuertāt. B.fo.26.Et ffo.110.ꝯc.236. Reformatio. Uēdere.

Urbanus. 5.ꝯcessit gñali ministro posse dare de toto ordine suffragia indulgētiaꝝ/⁊ orationū/ac beneficioꝝ spiritualium q̄buscunqꝫ personis deuotis/⁊ bñfactoribus ordinis nostri.b.ffo.261.ꝯce.671. 4 Indulgētie.

Eugenius. 4. concessit: vt generalis possit tollere superflua a ꝯuentibus sibi subiectis/ac in aliis conuentibus reponere/aut commutare.o.ffo.261.ꝯce.676. 5

¶ Idem Eugenius districte p̄cipiēdo mādauit ꝓuīntialibus/⁊ alijs fratribus ordinis mi.regularis obseruātie:quatenus gñalibus dicti ordinis ꝑ tpe existētibus appellatione/⁊ ꝯtradictione q̄buslibet remotis in oībus ⁊ singulis licitis/⁊ honestis/regulā ⁊ statutū/ac ordinē ipsoꝝ obs.necnō officiū eorūdē gñalium q̄uolibet ꝯcernentibus/que dicti gñales ꝑ tpe duxerint ordināda/seu illis iniūxerint/aut mādauerint/humiliter pareāt ⁊ intendāt:ac illa efficaciter studeant adimplere.b.fo.47. 6 Appellatio. Statuta

Nicolaus. 5.cōcessit gñali ministro p̄dicto: ꝙ oēs singulosqꝫ fratres sui ordinis q̄tūcunqꝫ exēptos virtute lr̄arum aplicarum p̄ter regule ⁊ statutoꝝ eiusdem ordinis formaꝫ possit visitare/corrigere/⁊ punire/non obstātibus quibuscūqꝫ in contrarium facientibus:prout latius positum est supra in dictione Correctio fratrum.§.9. 7 Exempti frēs. Correctio.

8 Celebraf | Pius. 2. concessit q generalis ordinis min. possit dare auctem celebrandi p vnā horam ante auroram eis / quibus sibi videbit apostolica aucte. o. ffo. 97. conce. 346.

9 De suspēsione priui legio. particulariū Collect. | Sixtus. 4. ɔcessit facultatē gñali fratrū mi. vt qñcunqz viderit frēs suos / vł ali quē ipsoꝝ abuti gratijs / ⁊ facultatibus aplicis ab eodē ɔcessis: possit gfas ⁊ facultates hmōi suspēdere / ac suspēsas tenere / donec ɔsulat sum mū pōtificē: ⁊ ab ipso respōsum accipiat. b. fo. 56. Et ffo. 52. ɔce. 58. ¶ Uide circa hoc aliaz concessionem Leonis infra. §. vltimo.

10 Appellatio. | ¶ Idem Sixtus concessit / q generalis fratrū Carmelitarum administret / ⁊ exerceat ea que ad suum officium generalatus pertinent: reiecta quauis ɔfessorum sui ordinis / ⁊ aliorū sibi ratione dicti officij subditoꝝ appellatione / que ab eius preceptis / monitionibus / ordinationibus / ⁊ mandatis / ac decretis / regulari discipli na quomodolibet interponi contigerit. B. fo. 99. Et ffo. 182. conce. 446.

11 Appellatio. | ¶ Idem Sixtus fecit consimilem concessionez sicut immediate suprapositam generali fratrum Augustinensium in suo mari magno. B. ffo. 251. ɔce. 636.

12 Benedicere. | Innocentius. 8. cōcessit q minister gñalis possit benedicere corporala / ⁊ silr ɔuintiales ministri. o. fffo. 98. ɔce. 354.

13 Dispensatio. Collect. | ¶ Idem Innocentius concessit: q generales ⁊ ɔuintiales ministri possint dispēsare cū fratribus suis: vt ad sacerdotiū ɔmoueant in vigesimo scdo anno cōpleto / hoc est cū attingētib9 vigesimū tertium annum. o. fffo. 99. ɔce. 356. ¶ Circa hanc ɔcessionem vide supra in dictione Dispensatio. §. 15. ⁊ ibi notata.

Alexander. 6. ꝯcessit gñali/ꝙ possit dispensare cũ bizochis viuentibus in cõitate/seu in ꝯgregatione/qñ fecerunt votum religionis sancte Clare/ꝙ remaneant ibi:si cõmode non possunt ingredi monasteria.s.Clare. o.fff°.99.ꝯce.360. ¶ Quo ad factam ꝯcessionem vide supra in dictione Dispensatio.§.19. 14 Dispensatio. Collector.

Julius. 2. cõcessit generali fratrũ Augustinẽsium/⁊ fratribus sui ordinis motu ꝓprio/ac ex certa sciẽtia/⁊ de plenitudine sue potestatis: vt quecũq; instrumenta / exemplaria/ seu transumpta suoꝝ priuilegioꝝ ostendantur firmata/seu signata sigillo generalis predicti eandem omnino vim habeant/ac illis eadẽ fides adhibeatur/ac si plumbi signum/vel sigillum haberent.b.fff°.267.ꝯce.698. 15 Pro Augustinen. Priuilegia.

Leo. 10. ꝯfirmauit/ac de nouo concessit immediate p̃cedentem cõcessionem Julij secundi.b.fff°.123.conce.559. 16

¶ Idem Leo concessit/ꝙ gñalis minister possit etiam extra capitulũ declarare/que res debeãt dici viles/aut parui valoris/ad hoc vt intra ⁊ extra ordinẽ possint a fratribus dari:prout latius positum est supra in dictione Dare.§.2. Et habetur.O.fff°.59.conce.175. 17 Declarare. Paupertas.

¶ Idem Leo in bulla vnionis statuit/ꝙ ex tũc in perpetuũ eligatur minister generalis totius ordinis mi.a ministris ⁊ custodibus reformatis/seu obseruantib⁹ eiusdẽ ordinis:qui sil'r sit reformatus ⁊ pro reformato habitus a cõmunitate fratrum reformatoꝝ: Et ꝙ hmõi gñalis habeat plenariã auctem super oẽs fratres mi. ꝓut ex regula ei competit: Ac ꝙ ministeriatus officiũ duret tm̃ ꝑ sexẽniũ:nisi antea vniuersitati ministroꝝ ꝓuītialiũ/⁊ custodũ visuz fuerit 18 Electio.

debere deponi: Et q̄ dicto sexennio elapso sit
absolutus ab officio/decernens irritum ⁊ ina/
ne quicquid in contrarium factum fuerit: sicut
magis late habetur supra in dictione Electio.
§.9.⁊.10.B.ffo.29.pce.93.⁊.94.

19 Electio. ¶ Idem Leo statuit: q̄ minister gn̄alis eligat
semel/seu vno sexēnio ex fratrib⁹ cismōtanis/⁊
alio sexēnio ex vltramōtanis ⁊c. put hr̄ vbi su/
pra in dictiōe Electio.§.10.B.ffo.29.pc.95

20 De gene. scō card. ¶ Idē Leo ordinauit: q̄ primus minister gn̄a/
lis ex obseruātibus electus Rome tēpore eius/
dē Leonis nō obstāte illius assumptiōe ad car
dinalatū hr̄et officiū gn̄alatus vsq; ad primū
sequēs capl'm gn̄ale in festo penthecostes anno
sequēti celebrādū.B.ffo.34.pce.117.

21 Electio. ¶ Idem Leo annullauit electionē gn̄alis ma/
gistri fratrū mi.cōuentualiū factā sub nomine
ministri gn̄alis.B.ffo.33.pce.116.

22 De visitatione mo. ¶ Idē Leo ꝯcessit/q̄ gn̄alis minister possit vi/
sitare/⁊ corrigere moniales/seu sorores q̄scūq;:
q̄ per puintiales/vel visitatores solite sunt vi/
sitari/precipiens monialibus ⁊ sororibus hmōi
in virtute sancte obediētie/ac sub excōicationis
Excōicatio. late sentētie pena/q̄tenus prefato gn̄ali pro tpe
existēti humiliter obediāt: ⁊ ipm ad visitatiōis
officiū admittāt: seq; ⁊ eaꝝ domos/ac monaste
ria/⁊ loca visitari in capite ⁊ in mēbris/⁊ corri
gi/ac puniri libere pmittāt.B.ffo.34.pc.118

23 ¶ Idem Leo concessit generali fratrum mino.
vt in suo capitulo generali de consensu eiusdem
capituli/vel maioris partis declarare possit ⁊
valeat/vtrum ab vsu alicuius concessionis vi/
Oracula ue vocis oraculo facte abstineri debeat. Post
quā quidem declarationem tam fratres q̄ mo
niales sue obedientie/ac si concessio huiusmodi

per sanctitatē suam suspensa/vel reuocata fuisset/concessione eadem imposterum non vtantur.o.ffo.94.conce.296.

Gloria in excelsis deo.


Lexander.4.concessit fratrib⁹ vniuersis ordis mi. q in missis votiuis tam solēnibus q̄ puatis/quas de spiritu sancto/aut de beata virgine Maria dixerint/possint dicere hymnū angelicum.s.Gloria in excelsis deo:ac q silr possint dicere prosas/seu sequentias.b.fo.23.Et ffo.25.conce.14. 1

Sixtus.4.concessit fratribus mino.de obseruantia:vt possint dicere in omnibus missis votiuis/Gloria in excelsis do.o.ffo.69.pce.143.Et fffo.100.pce.389. 2

¶ Aduertēdū est/q licet supra dicat/in oib⁹/non per hoc est intelligēdū posse in illis missis/q̄ in suis pprijs diebus carent illa:vt in missis dñicaꝝ aduentus/ꝛ septuagesime/ꝛ psimiliū. Collect.

Leo.10.ad instantiam cuiusdā boni patris/q ignorabat suprascriptas concessiones generales:concessit fratres pdictos posse dicere/Gloria in excelsis deo in missis votiuis:quando vocantur ad loca vbi requiescunt corpora sanctoꝝ ad celebrandum/vel vbi habetur de illis celebris memoria:sicut Janue de scō Joanne Baptista/ꝛ in prouintia.s.Lodouici/sancte marie Magdalene.o.fffo.91.pce.266. 3

¶ Aduertat/qui hec legerit:q hec vltima cōcessio stricta non derogat in aliquo precedentibus magis amplis:quia pontifex concessit cōformiter ad relationem petentis: qui vt supra Collect.

dictũ est ignorabat ɔcessiones latiores ante fa ctas: aliter eniȝ non est credibile / ꝙ sic petisset.

Guardianus.

1 Absolor — Clemens. 4. concessit siue statuit: vt guardiani qui ꝑm statuta ordinis fratrũ mi. aliter ꝙ̃ p electioneȝ instituunt / post ipsam institutioneȝ / seu ꝓuisionẽ de ipsis factã curã animaruȝ fratruȝ sibi subditoꝝ habeãt: ipsosqȝ ligare / ac soluere possint iuxta ipsi⁹ ordinis instituta. B. fo. 56. Et ffo. 139. ɔce. 309.

2 Sixtus. 4. fecit cõsimilem ɔcessionẽ priorib⁹ ɔuẽtualibus fratrũ ordi. carmeli. vt habeť in suo mari magno. B. ffo. 182. ɔc. 446.

3 Habitus fratrum. — ¶ Idem Sixtus statuit / ꝙ habitus fratrũ mi. non possit dari his / qui cuȝ eo se elegerint sepeliri / nisi per guardianos dicti ordinis / vel eorũ superiores. B. ffo. 149. ɔce. 364. ¶ Ista concessio habetur latius infra in dictione / Habitus fratrum. §. 8. Vide ibi.

4 Priuilegia. — Julius. 2. ɔcessit / ꝙ omnia priuilegia ⁊ indulta apostolica ɔcessa ordini fratrũ predicatoꝝ / que spectant ad priores conuentuales dicti ordinis / pertineant etiam ad guardianos ɔuentuuȝ ordinis minoꝝ. B. fffo. 73. ɔce. 222.

Collect. — ¶ Quo ad p̃fatam ɔcessionem est notandum: ꝙ auctas prioꝝ cõuentuũ ordinis p̃dicatoꝝ est valde magna: nã vt patet in mari magno p̃dicti ordinis / ⁊ alijs eoꝝ priuilegijs / semꝑ parificanť ꝑores ɔuentuũ prioribus prouintialibus quo ad suos subditos: qđ nunꝙ̃ aut raro reperitur in priuilegijs fratruȝ mi. in guardianis ⁊ ꝓuintialibus: attamen virtute suprascripte cõcessionis poterunt guardiani vti omnibus con-

cessis prioribus fratrum p̄dicatoꝝ / saltem in/
quantū non fuerit eis restrictū per superiores:
Et circa hmōi auctem vide supra in dictione
Absolutio ordinaria quo ad fratres/post. §.6.
Et in eadem dictione prope finem vbi dicitur/
Tertium dubium est. Vide etiam supra in di/
ctione/Apostate post. §.7.8.9.10. Et in di/
ctione Nouitius. §.15.

Leo. 10. concessit/ꝙ omnes fratres qui sunt nimis scrupulosi possint in omnibus du biis conscientiam suam tangentibus secura con scientia stare determinationi sui guardiani/vel cuiuscunq3 alterius prelati. o. fffo. 93. pc. 287. 5 Declara re Scrupu la.

¶ Circa suprascriptam concessionem est aduer tendum/ꝙ in ipsa non cōceditur aliqua autho ritas noua prelatis/vt valeāt determinare ad libitum suum / sed solum prouidetur serenitati conscientiarum subditorum. Collect.

¶ De duratione autem officij guardiani vide infra in dictione Officia ordinis. §.4.

Gradus scholastici.

Martinus. 5. p̄cepit in virtute san cte obedientie vniuer/ sis cancellariis/rectoribus / deca/ nis/magistris / & doctoribus stu dioꝝ / ac vniuersitatibus eorūdem vbicūq3 consistētibus: ne fratribus mi. seu ali/ cui coꝝ gradum/& honorem/ac insignia magi/ sterij conferre p̄sumant: nisi cursum per consti/ tutiones ap̄licas/& ordinis p̄fati instituta per/ fecerint: & alias ad dictū gradū obtinēdū ido/ nei existāt. Et decreuit ac statuit/ꝙ quilibet ex magistris/aut doctoribus/qui alias q̄ vt pre/ dictum est gradu3/& insignia alicui fratrū pre/

1 Prohibi tio.

De ascen su ad gra dū magi/ sterij.

dictoꝝ impendere presumpserit/gradu ꝛ hono re magisterij careat: atq; a lecturis ꝛ alijs acti bus ꝛ gratijs magistralibus ipso facto sit per- petuo priuatus: ꝛ ad eadem de cetero inhabilis existat. Voluit insuper/ꝙ eisdem penis subiect⁹ sit quicūq; pter rigorē hmōi gradū ꝛ insignia pdicta suscipe psumpserit. b. ffo. 3 5. pec. 40.

2 ¶ Idem Martinus ordinauit/ꝙ si aliq ex fra tribus pdictis bachalariatum pro hmōi gradu magisterij assequēdo ↄtra ↄstitutiones aplicas ꝛ instituta pdicta fuerint adepti/ꝛ illi⁹ ptextu libros sententiaꝝ publice ꝛ actualr̄ legant/a le- ctura huiusmodi sub penis supradictis penit⁹/ ꝛ omnino cessent: alias ab eorum superioribus penis grauioribus/per censuram ecclesiasticam arceantur. b. ffo. 3 5. conce. 40.

De gradu bachalariatus.

3 ¶ Idem Martinus statuit ꝛ decreuit: ꝙ qui- cunq; fratres ordinis. mi. promoti fuerint ad magisterij gradum in theologia extra vniuersi tates ab ipso ordine per generalia capitula ad hoc specialiter electas/ꝛ absq; eo ꝙ ante per- fecerint debitos cursus suos/ac sententias le- gerint in vniuersitatib⁹ approbatis/ꝛ actus le gitimos ꝛ cetera exercitia scholastica fecerint: prout legere ꝛ facere tenentur de ↄsuetudine/ vel de iure in hmōi rite magistrādi scientia/mi nime de cetero gaudere possint beneficijs/offi- cijs/honoribus/gratijs/priuilegijs/exemptio nibus/ꝛ indulgentijs tam in dicto ordine ꝙ̄ ex tra/magisterio in theologia apostolica vel alia quauis auctē ↄcessis/ꝛ quibus magistri hmōi vti/ꝛ gaudere ↄsueuerunt. Et insuper statuit/ ꝙ pdicti promoti nō seruatis modis debitis nō habeantur/nec reputent̄ pro magistris in theo logia/nec se pro talibus gerere/ꝛ nominare p- sumant.

De gradu magisterij.


sumāt: Ac etiā mādauit gñali ꝛ ꝓuintialib⁹ ministris/custodibus/ꝛ guardianis/ꝛ eoꝝ vices gerētibus/ac gñalibus ꝛ ꝓuintialibus caplīs/ ꝛ officialib⁹ qbuscūqꝫ p̄dicti ordinis sub pena excōicationis/q̄tenus has lr̄as (quātū vnumquēqꝫ ꝯcernunt) obseruēt/ꝛ faciāt inuiolabiliter obseruari/nō obstātib⁹ qbuscunqꝫ in ꝯtrarium facientibus.b.ffo.39.ꝯce.43. Excōicatio.

Eugenius.4.p̄dictas lr̄as Martini.5.quo ad ꝓmotos post ipsaꝝ lr̄arū data voluit inuiolabiliter obseruari: ꝛ eas aucte aplica ꝯfirmauit inserēdo illas de v̄bo ad verbum in suis literis.b.ffo.39.ꝯce.43. 4

Innocētius.8.statuit/ꝙ nullus frater ordinis p̄dicatoꝝ reformatoꝝ/seu de obseruātia ꝓuintie/aut ꝯgregationis hispanie/magisteriū/vel aliū quēuis gradū in sacra theologia (nisi ad illū p caplm̄ dicte ꝯgregationis expositus fuerit) assumere quoquō presumat. Et ꝙ si q aliter ꝓmoti fuerint/p nō ꝓmotis habeant: ꝛ ad hmōi gradus inhabiles sint ꝛ esse censeantur.b.ffo.75.ꝯce.194. 5 Pro fratr. p̄dica. Particularis pro hispania.

¶ Idē Innocētius ꝯcessit fr̄ibus ordinis p̄dicatoꝝ: vt qa ꝓpter magnas expēsas q̄ in suscipiendis gradibus in vniuersitate Salmantina fiūt/fr̄es p̄dicte ꝯgregatiōis gradus hmōi ibidē suscipere cōmode nō possunt/ꝙ regēs/ꝛ in eius absentia prior domus scti Stephani Salmantine dicte ꝯgregationis possit ꝯferre quoscunqꝫ gradus fratribus eiusdē ꝯgregationis p eādē ꝯgregationē expositis/ꝛ admissis p caplm̄/vl̄ magistrū gñalē dicti ordinis/dūmō sic graduādi pegerit curs⁹ suos.b.ffo.75.ꝯ.294. 6 Pro fratr. p̄dica. Particularis pro hispa.

Habitus fratrum ꝛ monialiū.



1 Apostate

Regorius. 9. prohibuit/ ne sub habitu fratrū mi. liceat alicui extra obedientiā euagari: Et ꝙ si q forte p̄sumpserint/ liceat generali/ et prouintialibus ministris/ et custodibus in fratres ipsos (donec resipuerint) censuram ecclesiasticam exercere. B. ffo. 201. ꝯce. 494.

2 De habitu. s. Clar

¶ Idem Gregorius p̄cepit ecclesiaꝝ prelatis/ quatenus mulieres deferētes habitū. s. Clare: et cū illo p ciuitates discurrentes (cū requisiti super hoc fuerint) monitione p̄missa cōpellant p censuras ecclesiasticas ad dimittendū hmōi habitum. b. fo. 21. Et ffo. 23. ꝯce. 7.

Collector.

¶ Aduerte/ ꝙ idem iudicium est habendū de deferentibus habitum tertiariaꝝ ratione communicationis priuilegiorum.

3 Prohibitio.

Innocentius. 4. prohibuit: vt nullus qui nō sit de religione fratrū mi. habitū dictoꝝ fratrū/ aut ita ꝯsimilē/ ꝙ ꝑpter eū frater minor credi possit/ deferre presumat absq; mādato speciali sedis ap̄lice: Et mandauit ecclesiaꝝ p̄latis: quatenus singuli eoꝝ in suis ciuitatibus/ et diocesibus illos q p̄fatum habitū vel ei ꝯsimilē deferre p̄sumpserint/ ad deponendum ipsum (cū a fratribus predictis fuerint requisiti) monitione premissa eos compellant. B. fo. 19. Et ffo. 103. ꝯce. 216.

4 Prohibitio.

Clemens. 4. inhibuit: vt nullus/ siue religiosus/ siue secularis habitū fratrū minoꝝ/ aut ita ꝯsimilem/ ꝙ propter eum frater minor credi possit/ deferre valeat absq; mādato speciali sedis apostolice: Et vt dicta inhibitio maiorem ꝯsequatur effectum/ statuit vt ij q habitum predictum/ vel sibi ꝯsimilem deferre presumpserint/ ad deponendum ipsum per dio/

cesanos locorum (cum requisiti fuerint) monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellãtur. B. fo. 58. Et ffo. 141. conce. 333.
¶ Idem Clemens/⁊ multi alij summi pontifices successores eius ꝯcesserunt plures indulgẽtias morientibus/⁊ sepultis cum habitu fratrum mi. ac etiam osculantibus habitum ordinis/prout habetur infra in dictione Indulgentie quo ad seculares ratione habitus. 6. Ac similiter alie indulgentie ptinentes soluꝫ ad fratres rõne hmõi habitus habentur in dictione Indulgentie plenarie quoad fratres. j. §. 3. 5 Indulgẽtie.
Sixtus. 4. decreuit/vt illi qui ordinauerint/ ꝙ eorum corpora cum habitu fratrum mino. sepeliantur: ne ex illorum corporuꝫ delatione ad alia loca ordini ⁊ fratribus predictis iniurie irrogentur/ tales apud fratres huiusmodi esse sepeliendos/etiam si alibi suam elegissent sepulturã/nisi fiat de licentia ⁊ assensu fratrũ domus loci/in quo tales decesserint. B. fo. 60. Et ffo. 144. conce. 350. 6 Sepulture.
¶ Sed circa hoc vide infra. §. vltimo decretũ Leonis in ꝯcilio Lateranensi: quod in foro exteriori saltem debet obseruari. Collect.
¶ Idem Sixtus fecit consimilem concessionem fratribus carmelitis per eadeꝫ verba addendo ꝙ contradictores sint excommunicati. B. ffo. 182. conce. 444. 7 Pro carmelitanis
¶ Idem Sixtus in bulla Aurea statuit/ꝙ habit⁹ fratrũ mi. vel p̃dicatoꝝ nõ possit dari his q cũ eo elegerit sepeliri/nisi p guardianum domus ordinis mi. aut per priorẽ domus ordinis predicatorum loci/in quo tales decedere contigerit/vel p supiorẽ p̃latum dictoꝝ ordinum/ 8 Pro p̃dica. ⁊ mi. insimul.

aut cui illi duxerint cõmittendum/ ꝛ nõ ꝑ aliũ quauis aucte/vel ꝓlatione fungentes exhiberi debere. Et voluit/ ꝙ ꝑdictum habitũ recipien/tibus declarare teneãtur ꝑdicti ꝓlati/ ꝙ apud eoꝝ ordinũ ecclesias debent sepeliri qꝫ habitũ suscipiũt. Ac ẽt statuit/ ꝙ illoꝝ sic idutoꝝ cadauera discoopta/nullo pallio vel tegmento supꝑposito cũ habitu hmõi ad sepulturam deferri possint: nõ obstãte ordinarioꝝ locoꝝ (etiaꝫ sub cẽsuris) ꝓhibitione/ ꝛ ordinatione qlibet in cõtrariũ edita. B.fo.65.Et ffo.149.ꝯce.364.

9 De electiõe incorrigibiliũ ab ordine.

Alexãder.6.cõcessit/vt gñalis fratrũ mi. ꝑ semetipm/ ꝛ ꝓuintiales cũ ꝯsenſu maioris partis capli ꝓuintialis possint fratres ꝑdicti ordinis/quos incorrigibiles repererint/ tanꝗ̃ mẽbra putrida habitu sui ordinis expoliare/ ꝛ a se eijcere: ac etiã possint ꝯtra quoscũqꝫ eis forsan auxiliũ/ꝯsilium/vel fauorẽ/publice/ vel occulte: directe vel indirecte/aut quouis quesito colore super dicti habitus delatione ꝑstãtes/etiã cuiuscũqꝫ dignitatis/ gradus/ ordinis/vel ꝯditionis exista nt/per censuras ecclesiasticas/ ꝛ alia iuris remedia appellatione postposita procedere.b.ffo.56.ꝯce.65.

10 Sepulture.

Leo.10.in ꝯcilio Lateranẽ. statuit: ꝙ volẽtes sepeliri in habitu fratrũ: si nõ sunt persone in claustro/seu in eorum domibus degẽtes: sed in proprijs domibus habitantes/in eorum vltima voluntate sepulturã sibi alibi libere eligere possint. B.fffo.26.ꝯce.77.

Hereditas ꝛ heredes.

1 Pro fr. mi. ꝛ ꝑdi.



Lemens.4.ꝯcessit/ ꝙ frẽs ordi.ꝑdicatoꝝ/ ꝛ mi. possint libere succedere in bonis tꝑalib⁹/in qb⁹ suc/

cederent in seculo existentes/ac bonorum ipsorũ possessionẽ apphendere/⁊ vẽdere libere bona ipsa/eorũq; pciũ in vtilitatẽ suã ꝯuertere: ꝓut p̃latis dictoꝝ ordinũ melius visum fuerit expedire. B. fo. 64. Et ffo. 147. ꝯce. 357.

¶ Aduerte/ꝙ hmõi ꝯcessio/seu relaxatio non hꝫ locũ in fratribus mi. obseruãtibus: vt in sequẽtibus. §. apparebit/p̃sertim in. §. 2. ⁊. 4. Collectoꝝ.

Clemens. 5. in declaratione Exiui de paradiso super regulã fratrũ mi. declarauit/ꝙ hmõi frẽs nullaten⁹ sunt capaces successionũ hereditatũ/ac etiã ꝙ nõ licet eisdẽ fratribus valorẽ hereditatũ taliũ/vel tantã earũ parteꝫ/quasi sub modo ⁊ forma legati dimitti sibi facere/ꝙ p̃sumi possit hoc in fraudem fieri/vel sic dimissa recipere: quin potius ista sic fieri ab ipsis ffribus simpliciter ꝓhibuit. B. fo. 14. in tractatu. 3. Et ffo. 15. tractatu. 2. 2 Paupertas. Legata.

Sixtus. 4. ꝯcessit fratribus mi. ꝙ hereditates/que eisdẽ fratribus (si in seculo forẽt) ab intestato deferrenť/deferanť ecclesie romane: que ipsoꝝ fratrũ (quo ad hoc) locũ tenet: ⁊ ꝙ ipsa ecclesia romana quo ad hereditates ⁊ bona que ordinẽ p̃dictuꝫ ingrediẽtes sub ꝯditione mortis eoꝝ sine filijs restituere granati sunt/filioꝝ locũ teneat: sicut tenẽt monasteria ꝓprium habẽtia in cõi/si tales fratres granati illũ ingressi forẽt. Ac ꝯcessit vt p̃dicta petere possit syndicus romane ecclesie p̃fato ordini deputatus. B. fo. 63. Et ffo. 146. ꝯce. 356. 3 Pro cõuẽtuali. frat. mi.

¶ Aduerte hic ꝙ huiusmodi concessio non est intelligenda de fratribus mino. obser. vt inferius ab eodem Sixto/⁊ ab alijs summis pontificibus declaratur. Collectoꝝ.

¶ Idem Sixtus postea declarauit se fecisse p̃- 4

dictā ꝯcessionē gn̄alē ad importunā nōnulloꝝ instātiā: ac ex certa sciētia decreuit ⁊ declarauit sue mentis ⁊ intētionis fuisse ⁊ esse: vt p̄dicte sue lr̄e / ⁊ alie similes circa successionē hereditatū hmōi ad frēs de obseruātia nullatenus extēdant: nec eis aut illoꝝ alicui in iudicio vel extra quoquō suffragent: nec aliquā vim habeant: Et insup mādauit p̄dictis fratrib⁹ d̄ obseruātia in v̄tute scē obediētie: ne qs coꝝ ꝯcessione hmōi vti velle p̄sumat quouis p̄textu vel colore: quinimo in puritate sue regule (sicut eos d̄cet) ꝑmaneāt: ꝑinde ac si lr̄e p̄dicte nūq̄ emanassent. B. fo. 22. Et ffo. 106. ꝯce. 228.

Pro obseruātib⁹ fratr. mi.

Paupertas.

¶ Alexāder. 6. decreuit / q̄ nullus ꝓfessor ordinis mi. de obseruātia / si illā egrediat ⁊ ad ꝯuentuales eiusdē ordinis transeat / possit succedere parētibus / ꝓpinquis / vel affinibus suis quouis modo / nec aliquo indulto p̄dictis fratribus ꝯuētualib⁹ ad hoc ꝯcesso gaudere valeat: nec etiā ꝯuentus aliqs occasione fratris sic egrediētis ius aliqd̄ in hr̄ditate / vel quauis alia successione ꝓpinquorum acquirere / ⁊ ꝯsequi possit. b. ffo. 56. ꝯce. 66.

Pro fratrib⁹ obs. trāseūtib⁹ ad ꝯuētua. frēs mino.

6 ¶ Idem Alexāder iteꝝ decreuit / ⁊ ꝓhibuit supradicta. s. ne frēs obs. trāseūtes ad ꝯuētuales succedere ꝓpinqs valeāt vllo modo: ꝓut habetur sub autētico ad lrām sicut in ꝯcessione immediate supraposita. B. ffo. 136. conce. 302.

Collect. ¶ Circa p̄fatam mām hereditatū est aduertendū ⁊ notandū: q̄ licet frēs minores nō sint capaces hereditatū ⁊ relictoꝝ in testamentis: vt patet in clementina Exiui de paradiso. §. Cum igitur de verbo. signi. ⁊ per Bar. in. l. Ne quam. §. fi. ff. de offi. procon. Et in. l. i. colū. 4. de lega. primo: attamen eis consulitur duplici

remedio ſm doctores: prout infra explicatur.
¶ Primo enim eis conſulitur iudicis officio: potest nanqꝫ iudex ex ſuo mero officio (nemine etiam ad hoc agente) compellere heredē / vel illum q ad hoc tenetur ex teſtamēto / vel alias / quatenus relicta monaſterio / vel fratribus mi. adimpleat ⁊ exoluat: Hoc tenet ſpeculator in titulo de inſtru. edi. §. Nunc vero aliqua: Et Barto. in dicta. l. Ne quicꝗ. Et Joā. and. in. c. Si heredes / de teſta. Et eſt videndus ad hoc Baldus in. l. Nulli. C. de epiſcopis ⁊ clericis. — Primum remediū.
¶ Sed circa hoc querendum videtur: que potuit eſſe ratio iſtius deciſionis: ⁊ vnde potuit hoc venire: Reſpondeo / ꝙ duplex eſt ratio huius. ¶ Prima quia intereſt reipublice: ne ſua quis re male vtatur: vt in. §. Sed hoc tpe. inſti. De his / qui ſunt ſui vel alieni iuris. Et ratio etiam iſtius rationis eſt / ⁊ colligit a fortiori: nam ſi commodum rei priuate prouidetur: vt in. l. Si quis. C. de bonis preſcrip. fortius circa voluntates defunctorum prouidendum eſt: De quo per Andr. barba. in rubrica. De teſta. colum. 25. Et per glo. in. l. Julianus. ff. de actio. emp. Et arguit bene in hoc caſu Barba. in. c. Tua nobis. colum. 26. de teſta. facit etiā quia anima cunctis rebus preferenda eſt. l. Sācimus. C. de ſacroſan. eccle. Et autētica Multomagis. ⁊c. Numeroſa eſt ad hoc iurium ſilua. ¶ Secunda ratio eſt: quia ſi ita cautum non eſſet accideret nonnunꝗ / ꝙ pium propoſitum defunctorum improba fraudantium calliditate celaretur: vt dicit ille textus notabilis in dicta. l. Nulli. C. de epiſcopis ⁊ clericis: Et quia magna eſt pietas voluntatem illius adimpleri / qui nec ſe iuuare / nec iā loq poteſt:

idcirco volūtati defunctorum ita cōsultū iri oportet. Et hec quo ad primū remediū/quo fratribus mi. et alijs pauperibus nō valētibus agere in iudicio subuentum est officio iudicis.

Alterum remediū. ¶ Deinde aūt dicūt doctores: quod alterum remediū quo dictis fratribus cōsulitur/est illud quod sequitur: Quia cuilibet de populo cōpetit actio: et quilibet de populo pōt agere/vt legata et relicta ad pias causas/puta monasterio/ hospitali/fratribus/pauperibus/et similibus adimpleantur per illū/qui grauatus est a testatore/ vel alias ad hoc tenetur. Jura sunt de hoc bona/textus in autētico De ecclesiasti. §. Si aūt/ colla. 9. Et tenet Lodouicus romanus in autētica Simile. C. ad legē falci. Et fuit originale dictū Angeli de perusio in dicto. §. Sin aūt. Jta etiā tenet Bar. in dicta. l. Ne quicquā: qui allegat. l. Hereditas. ff. de pe. here. et. l. Quintus. de annuis legatis. Et est de hoc casus formalis et in indiuiduo in dicta. l. Nulli. C. de episc. et cle. in fine. Et facit ad hoc dictum Barba. in. c. Nos quidem: colū. 16. De testa.


¶ Predicta fuerūt praticata in ciuitate Barbastri regni Aragonie: vbi ab vniuersitate eiusdē ciuitatis fuit cōstitutus procurator/seu syndicus ad agendum pro legatis relictis monasterio beati francisci/anno a natiuitate dñi. 1521. quo tempore erat aduocatus dicti monasterij quidam insignis vtriusque iuris doctor noīe Leonardus de. s. Angelo: qui suprascripta fundauit et exequi fecit.

Collect. ¶ Ex supradictis infertur: quod grauiter errāt prefati fratres procurantes/quod eis vel suis ecclesijs/

Nota. aut cōuentibus relicta in testamētis petantur in iudicio per syndicū deputatū a sede ap̄lica/vtēdo cōcessionibus relaxatiuis/ et destructiuis p/

fectionis voti paupertatis in sua regula pmissi: psertim cũ facilius possint obtinere hmõi relicta in testamentis medio alicuius deuoti iudicis/q in hoc potest puidere ex suo officio: vt supra pbatum est: aut vtẽdo altero remedio. s. qꝫ aduocatus fratrũ/vel alius amicus spiritualis petat pdicta in iudicio/non tamen vt syndicus: sed sicut vnus de populo: cum etiam hoc fieri possit/sicut supradictum est.

Heresis ⁊ hereticus.



Gregorius. 9. cõcessit fratribus mi. pficiscentibus in terras infideliũ/vt eos q per apostasiam/scisma/vel heresim a chr̃ia ni nominis pfessione recesserũt/inter sarracenos habitãtes absoluere possint/ac recõciliare p gr̃az penitẽtie salutaris: si ad obedientiã ecclesie romane in humilitatis spiritu voluerint redire. h. ffo. 2 2. pce. 4. 1 Pro terris infidelium. Absol'o.

¶ Idem Gregorius concessit pfatis fratribus eũtibus ad terras infideliũ: vt eos q quomodolibet a fide/vel vnitate romane ecclesie discesserũt/si redire voluerint ⁊ satisfacere p cõmissis/valeãt recõciliare/⁊ ab anathematis vinculo/quo tenenẽ/absoluere. h. ffo. 2 5 7. pc. 6 4 1. 2 Pro terris infid. Absol'o.


Urbanus. 4. statuit: ꝙ moniales scte Clare sint subdite cardinali q ꝓ tp̄e fuerit ꝓtector ordinis fratrū mi. ꝛ illi teneant firmiter obedire: ꝛ ꝙ hmōi ꝓtector habeat curā ꝛ regimē dicti ordinis. s. Clare/necnō ꝛ ꝑsonarū insistentium seruitijs monasterioꝝ hmōi ordinis. s. cappellanoꝝ/oblatorum/ꝛ familiariū. b. fo. 291. in tractatu. 3. ꝛ ffo. 319. tractatu. 2. — 3 Pro moniā. sācte Clare.

Martinus. 5. statuit/ꝙ p̄fatus ꝓtector nō possit vllo modo dare licentiaz aliqbus ꝑsonis ad ingrediendū monasteria scte Clare/incōsulto romano pōtifice/seu absq3 sedis ap̄lice licentia speciali. b. ffo. 36. conce. 41. — 4 De ingressu mon. s. Clare.

Julius. 2. ↄcessit/ vt puintiales fratrū mi. habeāt eādem potestatē/ ⁊ facultatē circa moniales. s. Clare illoꝝ cure cōmissas quam Urbanus. 4. in regu. pdictaꝝ monialiū cōmisit ptectori dicti ordinis. B. ffo. 72. conce. 220.

5 Pro monia. sācte Clare. Collect.

¶ Aduertendū est ꝙ hmōi potestas ptectoris debet intelligi/ sicut postea fuit restricta p Martinū. 5. vt dictū est supra immediate/ ꝗuis aliq minus docti aliter opinati fuerint: ⁊ adhuc posset non immerito dici/ ꝙ prefata concessio Julij fuit subreptīcia/ ⁊ per cōsequens nullius valoris: qꝛ in relatione nō fuit expressum q̃liter predicta potestas ptectoris ab Urbano ↄcessa fuerat postea restricta p Martinū. 5. forsitā enim si hoc fuisset expressū: nō ↄcessisset ille gñaliter ⁊ absolute: prout concessit.


Nota.

Prouintialis.

Collect. ¶ De multis attinentibus ad prouintiales fratrum: dictum est supra in dictione Ministri.

Prouintia.

1 Prohibitio multiplicatiōis puintiaꝝ




Nicolaus. 4. statuit/ ⁊ ordinauit/ ac districte inhibuit: ne in ordine fratrū mi. fiat diuisio alicuius puintie: vel nouaꝝ puintiaꝝ multiplicatio absq3 romani pōtificis licentia speciali per eius patentes literas concedenda faciente plenam ⁊ expressam de huiusmodi statuto/ ⁊ ordinatione/ ac inhibitione mentionem decreuitq3 irritum ⁊ inane si secus in hac parte contigerit attentari. B. fo. 53. Et ffo. 136. conce. 303.

2 Julius. 2. fecit duo statuta circa edificationē domoꝝ ordis ffm mi. i alienis puin. q̃ hñt i dictiōe Edificare. §. 11. ⁊. 12. vide ibi.

¶ Circa quartā portionē q̄r non teneanť frēs mi. ad illius solutionē/facte sunt multe ꝯcessiones p̄dictis ffibus/ac etiā aliis mendicātibus/ inter quas potior videť illa q̄ facta est ffibus carmeli. vt h̄z supra in dictione Canonica portio. §. 8. ⁊ in eadez dictione habenť oia que circa quartā reperiuntur ꝯcessa a variis summis pōtificibus: Uide ibi in oibus. §. vbi in margine est apposita hec dictio Quarta. Collect.

Questuare.



Regorius. 9. precepit vniuersis ecclesiaꝝ p̄latis quatenus si in suis iurisditionibus inuēti fuerint aliq̄ p̄dicantes/⁊ q̄stum pecuniaꝝ q̄rentes/ de ordine ffm mi. se esse dicētes/capiāt illos ⁊ tanq̄ falsarios ꝯdēnent eosdē: nē religio p̄dictoꝝ ffm (q paupertatē ꝓfessi sunt) ꝑ hoc infamari ꝯtingat. B. fo. 25. ⁊ ffo. 109. cōce. 234. 1 Predicatores.

Calixtus. 3. prohibuit stricte sub excōicationis pena: ne frēs mi. conuentuales sub noie fratrū mi. obs. nec ecōtra: aut sub nomine locoꝝ alioꝝ q̄stuare aliquo modo p̄sumāt B. fo. 6. ⁊ ffo. 90. conce. 197. prope finem. 2 De ffib⁹ mi. obser. ⁊ ꝯuent.

Recipere.

¶ Distinctio materie infrascripte.

¶ Aduertendū: ꝙ lz ad hāc dictionē Recipere possint reduci multa priuilegia: tñ q2 iā superius in variis dictionibus posita sunt/ sufficiet hic illa distinguere/⁊ ad ꝓpria loca remittere: De multiplici nāq̄ receptione fit mētio in p̄dictis priuilegiis. ¶ Et primo de receptione fratrū ad habitū/⁊ ad ꝓfessionem: De hoc aūt h̄z in dictione Nouitius: in multis. §. ¶ Secūdo Collect.

quo ad bona nouitiorum/et apostatarum redeuntium ad obedientiam: qd possint de huiusmodi bonis recipere fres predicti/ptinet in dictione Nouitius.§.10. et.15.et in dictione Bona.§.12. et in dictione Hereditas.§.2.et.4. ¶ Tertio qr fres in ordine mi.pfessi nequeant recipi a fratribus aliorum ordinum/dictum est in dictione Abbas/et in dictione Apostate in multis.§. ¶ Quarto circa receptionem sacrorum/q/qn et quo possint ea recipere a ffibus prefatis/dictum est in dictione Lõicare.§.3.et.4.ac fere in reliquis.§.ibi ptentis: et in dictione Sacra. ¶ Quinto qualiter prelati ecclesiarum teneantur recipere predictos fratres/ponuntur sequentia.

1 Onorius.3.precepit in principio ordinis plis ecclesiarum: qtenus fres mi.cum ad eos declinare ptigerit: recipiant eos sicut catholicos et fideles: ac eis ob reuerentiam diuinam/et ipsius potificis se exhibeant fauorabiles et benignos.b.fo.18.et ffo.22.conce.1.

2 Gregorius.9.pcepit silr ecclesiarum platis: qtenus fres mi.ad eos accedentes reciperent benigne/ac charitatiue (vt pote catholicos et fideles/ac circa lucrum aiarum/et euangelizationem vbi dei insistetes)tractarent: eisqz in suis necessitatibus fauorabiles et ppitij existerent: credendo firmiter/ac de ipsis certam habendo fiduciam q cum spiritu viuant spiritu et ambulent.b.fo.20.et ffo.22.conce.5.

Reformare.

¶ Distinctio materie infrascripte.

Collect. ¶ Circa reformationem fratrum pventualium et suorum pventuum/ac etiam monialium et monasteriorum

sue cure cōmissoꝝ fuerūt multa ⁊ varia diuersis tpibus p multos summos pōtifices ordinata: sed q2 modernis tpibus aliqua sunt statuta que solum quantum ad huiusmodi reformatiōnem obseruari debent: ideo hec tantum ponentur infra/ aliquis omissis.

Sixtus. 4. statuit/ ꝙ p̄lati fratrū cōuentualiū ordinū mendicantiū teneant debite reformare monasteria sibi subdita/ tā fratrū ꝙ̄ monialiū/ infra annum postꝙ̄ requisiti fuerint. B. ffo. 149. concessione. 487. 1 De ffib9 ꝯuent. ⁊ moniali.

Leo. 10. in bulla vnionis statuit: ⁊ in virtute sancte obedientie precepit/ ꝙ de cetero nulle noue reformationes in ordine fratruȝ mi no. introducantur/ aut fiant absq3 ministri generalis/ aut prouintialium ministrorum reformatorum in suis prouintijs respectiue expresso assensu/ ita tamen ꝙ dicte reformationes/ ministro generali/ ⁊ prouintialibus reformatis/ per omnia iuxta regulam subijciantur. B. ffo. 30. concessione. 101. 2

❡ Idem Leo in bulla ꝯcordie statuit multa circa reformationeȝ domoꝝ ⁊ fratrū mi. ꝯuentualiū/ que posita sunt supra in dictione Cōuentuales fratres. §. 1. ⁊. 2. ⁊. 3. ⁊. 5. ⁊. 8. Vide ibi. 3

Reuocare.

❡ Quo ad reuocationē priuilegioꝝ dicta sunt aliqua/ ⁊ non parui momenti/ supra in dictione Priuilegia. §. 4. ⁊. 5. ⁊. 12. ⁊. 21. ac. 23. Vide ibi ⁊ attende ad questiones positas in fine. Collect.

Sacerdotium.

❡ De attinentibus ad sacerdotiuȝ hr̄ supra in dictōe Ordines sacri in. §. 3. ⁊. 4. ⁊. 6. vide ibi. Collect.

¶ Distinctio materie infrascripte.

Collect. ¶ Aduertendum/ quod circa administrationem/ et receptionem sacrorum ecclesie sunt plura in priuilegiis fratrum mi. contenta: que subsequenti ordine distinguuntur. ¶ Primo enim sunt aliqua pertinentia solum ad fres inter se presertim pro tempore interdicti: et hec posita sunt sup in dictione Interdictum. 1. et in dictione Cõicare. §. 8. ac quo ad moniales ibidem. §. 11. ¶ Secundo sunt aliqua pertinentia ad suos tertiarios et famulos/ seu oblatos/ et familiares: et hec habentur etiam supra in dictione Interdictum. 3. et in hac dictione Sacramenta. §. 2. ¶ Tertio sunt plura concernentia personas seculares: ista autem continentur in dictione Cõicare. §. 1. et. 2. et. 3. et. 4. et. 6. et. 8. i fine/ ac. 10. et in hac dictione Sacramenta. §. 1.

1 Eucharistia. Unctio extrema. Absolo.

Benedictus. 11. statuit/ quod sacerdotes/ seu rectores ecclesiarum parrochialium sint astricti ministrare Eucharistie/ et extreme unctionis sacra illis psonis que a fribus fuerint absolute: Et super confessione et absolutione huiusmodi voluit/ quod in foro penitentiali stetur simplici verbo illius qui petit sacra predicta: et asserit se confessum fribus. cum hic de confitentis solius preiudicio: si falsum dicat/ agatur: Duos tamen casus excepit scilicet si sacerdos asserat eum excõicatum/ aut notorie pctõrem. B. fo. 126. Et ffo. 203. conce. 502.

2 De tertiariis etc. in propriis domibus viuentibus

Leo. 10. statuit in concilio Lateranensi: quod fres et sorores tertii ordinis/ necnon mantellati/ et corrigiati/ ac cordellati in propriis domibus habitantes teneantur in die paschatis tantum/ eucharistiam/ necnon extremam vnctionem ceteraque ecclesiastica sacra (penitentie sacramento dumtaxat excepto) a proprio sacerdote reci-

pere.B.ffo.26.conce.86.

Innocētius. 4.fecit quandā copiosam ꝯcessionē ffībus Augustinēsib⁹ circa hmōi mām sacrorum: put hr̄ supra in dictione Ecclesie fratrum.§.2.vide ibi. 3 Ex bulle. augustiñ.

Scrupulosi fratres.

¶ Circa frēs scrupulosos sunt nōnulla ꝯcessa: ꝛ ex his quedā sunt gñalia quo ad oēs.s.q̄liter p̄lati possint in scrupulis tāgentibus ꝯsciētias hmōi ffm declarare ꝛ determinare: ac subditi declarationi/ꝛ determinationi hmōi secura cō scientia stare: Hec aūt posita sunt supra in dictione Declarare dubia.§.5.ꝛ.6.¶ Alia sunt specialia circa officium diuinum: ꝛ ista habētur etiam supra in dictione Officiū diuinum in multis.§.presertim in.§.16.ꝛ.17.ꝛ.18.ꝛ.20. Collect.

Sepelire ꝛ sepulture.

¶ Distinctio materie infrascripte.

¶ Circa statuta ꝛ ꝯcessa quo ad sepulturas ꝛ sepelitionē/est aduertendū: q̄ quedā ꝯcernunt oēs seculares p̄sonas: Alia v̄o ptinent ad familiares ffm/vel germanos ordis: Reliqua respiciūt p̄cise eosdē frēs.¶ Ea q̄ ꝯcernunt seculares subdiuidunt: q2 aliq̄ tāgunt libertatē sepulture in ecclesijs fratruz/ꝛ delationē defunctoꝝ ad easdez: Hec aūt ponunt in.§.1.ꝛ.3.ꝛ.4.ꝛ.5.ꝛ.6.ꝛ.7.ꝛ.13. Alia respiciūt sepelitionez cū habitu fratrū ꝛ ista ꝯtinent in.§.8.ꝛ.9.ꝛ.10.ꝛ.11.ꝛ.14.¶ Illa vero que spectāt ad familiares fratrum/habentur in.§.2.ꝛ.16.¶ Qd̄ aūt tangit personas fratruz habetur in.§.12. Collect.

Innocentius. 4.ꝯcessit: vt in ecclesijs ffum mi.sit libera sepultura/ita q̄ nullus valeat impedi- 1 Pro oib⁹ sclari.

mentum prestare quominus possint oēs volentes ibidem libere sepeliri: salua tñ iustitia ecclesiaꝝ parrochialium. b. fo. 22. ⁊ ffo. 23.

Collect. ¶ Aduerte ꝙ qualiter intelligantur predicta libertas ⁊ iustitia ecclesiarum / declaratur infra a Sixto. 4. in. §. 7.

2 Pro fa. fra. Clemens. 4. ꝯcessit ffrib⁹ mi. vt eos q in suis immoranſ obsequijs / possint (cum decesserint) in cemiterijs suaꝝ ecclesiaꝝ sepelire. B. fo. 56. ⁊ ffo. 140. conce. 315.

3 Pro oi/b⁹ sclari. ¶ Idem Clemens ꝯcessit / ꝙ in ecclesijs fratrū mi. sit oib⁹ libera sepultura: vt eoꝝ deuotioni / ⁊ extreme volūtati illoꝝ q se illic sepelire delibe rauerint nullus obsistere valeat: nisi excōicati / aut interdicti / vel publici vsurarij fuerint: salua tñ iustitia ecclesiaꝝ illaꝝ / a qb⁹ corpora defunctoꝝ assumunſ. B. fo. 58. ⁊ ffo. 141. ꝯce. 336.

Collect. ¶ Aduerte infra quō Sixtus declarauit predictam iustitiam ecclesiarum in. §. 7.

4 Probi/bitio Missas. ¶ Idē Clemens districte inhibuit / vt nulli religiosi / vel seculares p̄sumant / sine assensu / ⁊ voluntate fratrū mi. aliquoꝝ defunctoꝝ corpora in suis cemiterijs sepelire: Nec etiā in ecclesijs p̄dictoꝝ fratrū (ipsis inuitis) audeant missarum solēnia / vel exequias pro animabus eorum / qui ad hmōi loca tumulādi deferuntur / celebrare. B. fo. 58. ⁊ ffo. 141. conce. 336.

5 Indulg. Martinus. 4. concessit omnibus sepeliēdis in ecclesijs / seu claustris / ⁊ cemiterijs fratrum mi. indulgentiam. 40. annorum. B. ffo. 260. conce. 664.

6 De igres/su parro/chiarum. Sixtus. 4. declarauit suprascriptā ꝯcessionē Clemētis. 4. s. ꝙ fratres mi. babeāt in ecclesijs suis liberam sepulturā / sic debere intelligi: ꝙ fratres p̄dicti nullius super hoc peti/

ta licētia possint cū cruce ꝓcessional ter ingredi parrochias/in qbus fuerint corpora defunctoꝝ:ac corpora ipsa ad coꝝ ecclias sepelienda deferre: vbi hoc fieri ↄsuetū foret: vel qñ p̄byteri parrochiale reqsiti id facere recusauerint. Et voluit/ꝙ nec p̄dicti frēs/nec ↄsanguinei defunctoꝝ possint cogi(etiā p̄textu cuiuiuis ↄsuetudinis)ad deferendum ꝓus hm̄oi corpora ad eccl̄ias parrochiales/aut ad alia loca: ⁊ inibi/ante/vel post sepulturā aliqua diuina officia ꝓ eisdem defunctis celebrare:aut celebrari facere B.fo.60.⁊ ffo.143.conce.346.

¶ Aduerte ꝙ circa h̄ facta est q̄dā moderatio in ↄcilio Lateranēsi:ꝓut infra ponit.§.13. Collect.

¶ Idem Sixtus declarauit/ꝙ iustitia parrochialiū ecclesiaꝝ/de q̄ in lr̄is Clemētis facta est mētio supra.§.3.idest canonica portio/tūc hēt locū dūtaxat respectu dictoꝝ fratrū mi.qñ in eoꝝ ecclesijs/seu cemiterijs corpora defunctoꝝ sepeliunt:Sȝ si nō apud hm̄oi loca fratrū/sed apō alioꝝ ordinū mēdicātiū ꝓfessores sepeliāt/decreuit ꝙ ex his q̄ ad frēs mi. p̄dictos/apud quos tūc corpora defunctoꝝ nō sepeliunt d̄ bonis defunctoꝝ qūolibet obueniēt quouis pticulari/vel vniuersali titulo/directe/vel per obliquū/nullā canonicā portionem dare teneant. B.fo.60.⁊ ffo.143.conce.346. 7 De iustitia ecclesiaꝝ parrochialiū Canonica portio.

¶ Idem Sixtus decreuit/ꝙ illi qui cum habitu fratrum mi.aut sororum tertij ordinis elegerint sepeliri/tales in ecclesijs vel cemiterijs predictorum fratrum/vel sororū sepeliantur/etiā si alibi suam elegissent sepulturam: nisi de licentia expressa ⁊ assensu fratrum domus/ seu conuentus illius loci/vbi tales decesserint. B.fo.60.⁊.ffo.144.conce.350. 8 Habitus fratrum.

Collect. ¶ Vide infra qualiter Leo.10.in concilio Lateranensi aliter statuit.§.13.

9 ¶ Idem Sixtus fecit ꝯsimilem ꝯcessionez sicut
Excõica- imediate suprapositam ffribus Carmelitanis/ꝛ
tio. excõicauit ꝑdictores eiusdem concessionis.B.fo.99.ꝛ ffo.182.concc.444.

Collect. ¶ Aduerte/ꝙ hmõi excõicatio iam nõ ligat pp decretũ ꝯcilij Lateranensis positũ infra.§.13.

10 ¶ Idem Sixtus statuit/ꝙ nullus valeat dare
Habitus ꝑdictũ habitum fratrũ ad sepeliẽdum aliq̃ ꝑso
fratrum. nam:nisi guardianus domus loci in quo talis decedere ꝯtigerit/aut alij prelati superiores / vel illi cui ipsi duxerint cõmittendũ dũtaxat/ꝛ nõ alius quauis auctẽ/vł ꝑlatione fungat.Et sił statuit:ꝙ ꝑfati/qbus cõmittit auctem dãdi ꝑdictum habitũ/teneant declarare recipiẽtib9/ ꝙ apud eorũdẽ fratrũ ecclesias debẽt/cũ obierint sepeliri.B.fo.65.ꝛ ffo.149.ꝯcc.364.

Collect. ¶ Aduerte/ꝙ vt colligit ex łfis ꝑdicti Sixti/ vbi supra possunt prefati/qbus cõmittit auctez dandi ꝑdictum habitũ/dare illũ nõ solũ his q moriunt in locis vbi morant frẽs:sed etiã alijs qui intra illoꝝ guardianias decesserint.

11 ¶ Idem Sixtus statuit/ꝙ corpora volentium
Habitus cum ꝑdicto habitu sepeliri/deferant ad sepultu
fratrum. rã sine alio pallio/vel tegmẽto super imposito: non obstãte quacunq3 ordinatione/vel prohibitione ordinarioꝝ locoꝝ/etiã sub censuris facta.B.fo.65.ꝛ ffo.149.conce.364.in fine.

12 Julius.2.cõcessit fratribus mi. ꝙ tẽpore in-
Pro ffi. terdicti ordinaria auctẽ appositi pos-
tantum. sint corpora fratruz decedentiũ eiusdẽ ordinis publice sepelire:prout late positum est supra in dictione Interdictum.i.in.§.9.vide ibi.

13 ¶ Idem Julius.2.fecit aliam ꝯcessionem pro

familiaribus fratrum minimoꝝ/ qui eligunt ſe/peliri in eccleſijs p̄dictoꝝ fratrum: ꝑut habet in dictione familiares. §. 7. | Pro fa. fra.

Leo. 10. in ↄcilio Lateranenſi ſtatuit/ ꝙ frēs quoꝛūlibet oꝛdinū nō poſſint intrare parrochias cū cruce ad leuāda coꝛpoꝛa d̄functoꝝ q apud eccleſias domoꝝ eoꝛūdem fratrum ſuā elegerint ſepulturā: niſi prius premonito/ ꝛ requiſito/ ac recuſante parrochiali preſbytero: ꝛ tunc ſine illius/ ac oꝛdinarij preiudicio: niſi eiſdem fratribus ſuper hoc antiqua conſuetudo: que ſit in viridi obſeruātia/ ꝛ cum pacifica poſſeſſione/ ſuffragetur. B. fffo. 26. conce. 76. | 14 Prohibitio ingreſſuſ fratrū in parrochi.

¶ Idem Leo vbi ſupra ſtatuit/ ꝙ volentes ſepeliri cum habitu fratrum (ſi non ſint perſone in clauſtro eoꝛūdem fratrum degentes/ ſed in ꝓprijs domibus habitantes) poſſint in eoꝝ vltima voluntate/ ſeu teſtamentis ſepulturaꝫ ſibi libere eligere. B. fffo. 26. conce. 77. | 15 Habitus fratrum.

¶ Idem Leo ↄceſſit/ ꝙ prelati oꝛdinis mi. poſſint in ſuis eccleſijs/ ꝛ capellis exhumare coꝛpoꝛa defunctoꝝ/ ꝛ ad alias ſepulturas in eiſdem eccleſijs ſuis transferre/ de conſenſu tñ illoꝛum quoꝝ intereſt. O. fffo. 58. conce. 162. | 16 Exhumare.

¶ Ex priuilegijs fratrum predicatoꝝ.


Joannes. 23. ↄceſſit fratribus oꝛdinis p̄dicatoꝝ de gratia ſpeciali: ꝙ confratres/ ꝛ germani prefati oꝛdinis poſſint ſepeliri tempoꝛe interdicti in eccleſia/ vel cemiterio predictoꝝ fratrum: niſi fuerint excōmunicati publice/ vel nominatim. b. fffo. 95. conce. 306. | 17 Pro germanis oꝛdinis.

¶ Aduerte/ ꝙ qualiter predicta conceſſio ſit intelligenda dictum eſt in dictione Indulgētie quo ad ſeculares. 4. in fine: ꝛ in dictiōe Interdictum. §. 9. vide ibi/ ꝛ nota bene. | Collect.

¶ Distinctio materie infrascripte.

Collect. ¶ Aduertendū q respectu seruitorum fratrū sunt nōnulla concessa/ et statuta/ que posita sunt supra in dictione familiares frm. ¶ Quo ad seruitrices vero monialiū/ qualiter. s. possint ingredi monasteria monialiuz qbus seruiunt/ habet supra in dictiōe Ingredi monasteria monialiū. §. 13. ¶ Sed quo ad illa q concernunt eorum absolōnes/ habet in dictiōe Absolutio ordinaria quo ad fratres. §. 8 ¶ Nōnulla alia ad hmōi personas spectantia ponuntur hic infra.

1 De seruitricibus monia.



Sixtus. 4. statuit q seruitrices monialiū sancte Clare portēt vestimenta honesta / iuxta dispositionem / et ordinationem generalis fratrū mi. o. ffo. 67. conce. 105.

2 Indulg. ¶ Idem Sixtus concessit/ q illi qui sunt in seruitio fratruz minorum et sororum sancte Clare habeāt indulgentiam plenariā in morte/ ac semel in vita de reseruatis. o. ffo. 66. conce. 96.

3 Pro seruitricib⁹ monia. ¶ Idez Sixtus concessit/ q seruitrices monialiū scte Clare possint promereri oēs indulgētias stationū Rome/ et portiuncule concessas fratribus mi. dicēdo qnqz Pater nr/ et totidē Aue maria cum gloria patri in ecclesijs predictarum monialium. o. ffo. 67. conce. 114.

Symonia.

¶ Distinctio materie symonie.

Collect. ¶ Circa symoniam ptinent aliqua in priuilegijs fratrū mi. prout sequunt. Et primo qualiter possint frēs mi. absoluet a symonia/ habet supra in dictione Absolō quo ad seculares. 2. in. §. 5. ¶ Itē quō pdicti frēs possint vti casibus eisdē concessis ab epis symoniacis/ habetur in dictione

Absolutio quo ad seculares. 1. in. §. 6. ¶ Secundo qualiter moniales que nesciunt discernere inter intentionem primariã/ que causat symoniam/ et secundam/ non incurrant eam/ continetur supra in dictione Moniales. §. 15. et. 16.

Sorores tertij ordinis.


¶ Distinctio materie infrascripte.

¶ Quo ad sorores tertij ordinis sanctissimi patris frãcisci sunt multa concessa/ et statuta in propriis legibus fratrũ mino. Istorum autem aliqua que pertinent ad ingressum suorum monasteriorum/ habentur supra in dictiõe Ingredi monasteria monialiũ. §. 12. et. 21. ¶ Alia multa q̃ sunt eis cõia cũ monialibus sancte Clare/ posita sunt in dictiõe Moniales. ¶ Reliqua vero que ptinent ad eas particulariter/ reperientur ĩfra in dictione Tertiarij. Collect.

Stationes.

¶ Quia stationes ptinẽt pprie/ vel reducuntur ad mãm indulgẽtiarum: ideo oĩa/ q̃ sup stationes promerẽdas a fratrib9 mi. et alijs personis qb9 sunt cõia eorum privilegia/ cõcessa sunt/ visum fuit ea ponere in dictione Indulgẽtie stationum quo ad frẽs: vbi latissime dictũ est de illis. Uide ibi. Collect.

Statuta ordinis.



Eugenius 4. absoluit/ et absolutos reddidit/ atq3 liberos oẽs frẽs mi. de obs. a qbuscunq3 excõicationib9/ et censuris/ et vinculis mortalium pctõrum in quibuscunq3 antiquis/ seu nouis cõstitutionibus/ et statutis ordinis phibati: et q in futuro talib9 sentẽtijs nõ ligentur. o. fo. 61. et ffo. 64. pce. 76. 1 Excõicatio.

¶ Circa suprascripta vide infra post. §. 3. et post. §. 5. Collect.

2 Excõica/tio. ¶ Idem Eugenius declarauit sue intentionis esse/ q̃ fres mi.obser.ad nullas teneant culpas atq3 censuras/que in eiusdem ordinis statutis/ siue ordinationibus/tam aplicis/q̃ gñalib9 ptinent:sed solũmodo teneri/ꝛ obligari penis per superiores suos impositis.s.corporalibus penitentijs.B.fo.28.ꝛ ffo.112.concessione.242.

Collect. ¶ Quo ad huiusmodi declarationem attende ad infraposita post.§.3.ꝛ.5.

3 Excõica/tio. Sixtus.4.statuit ꝛ decreuit/ q̃ ministri/ꝛ custodes/ac guardiani/ꝛ fres ordinis mi.q pro tpe fuerint/nulla ecclesiastica cẽsura/ nulloq3 mortalis pcti vinculo ligari valeãt ex statutis/ꝛ psuetudinibus/ vel declarationibus dicti ordinis (pter regulã) quolibet/ꝛ a qbuscunq3 editis/etiã pfirmatione aplica/vel quis firmitate alia roboratis/illis pfaciẽdo/nisi tales essent casus/vel excessus q diuina lege/aut pcepto Romane ecclesie merito inducerent ad mortale.Ac etiã censuras ꝛ penas alr latas reuocauit/ꝛ annullauit:illasq3 ad vi3 cõminationis penaꝝ cõminatoriaꝝ/ꝛ iferẽdaꝝ/seu ad corporales/ꝛ tpales penas p platos supradictos ferẽdas/ꝛ infligẽdas reduxit.Voluitq3 silr/q̃ ministri/custodes/guardiani ꝛ alij pdicti ordinis plati possint ferre/ꝛ pmulgare corpales/ꝛ tpales/seu alias penas pro nõ obseruatione dictoꝝ statutoꝝ fm qlitatẽ psonaꝝ/locoꝝ/ꝛ temporꝝ/ac als fm q̃ videbit saluti aiaꝝ fratrũ eorũdem in dño expedire:ac etiã delinquẽtes ab illis absoluere.B.fo.22.ꝛ ffo.106.pce.229.

Collect. ¶ Aduertendum est/ q̃ non obstantibus predictis tenent fratres mi.ad statuta q̃ postea autoritate aplica fcã sunt/ꝛ fiẽt de cetero:q2 põtifices pcedẽtes nõ ligãt man9 successoꝝ suoꝝ.

Leo

Leo. 10. statuit q̄ moniales. s. Clare / & alie q̄cunq3 sub obediētia / & regimine ffr̄u3. mi. obs. existētes teneant̄ seruare statuta / seu ꝯstitutiones respectu illaꝝ factas in capl'is gn̄alib⁹ aut ꝓuintialib⁹ factis / & faciēdis: ꝓut late positum est supra in dictione Moniales. §. 23. 4 Pro moniali. sancte Clare.

Leo. 10. statuit q̄ capl'3 gn̄alissimū celebratū Rome (qn̄. s. facta est vnio ffm mi. obs. & oīum alioꝝ reformatoꝝ eiusdē ordis) tenerent̄ deputare nōnullos frēs ex diuersis regionib⁹ / seu nationib⁹ assumptos ex ꝓbatioribus / & doctiorib⁹ / ac magis expertis ffribus: q oīa & singula q̄ ꝓ manutenētia reformationis / & v̄a regule obseruātia accōmoda iudicarēt / in vnū recolligerēt: ac postea ꝑ totū capl'm gn̄ale / aut maiorem partem eiusdem approbarentur: & tandem apostolice confirmationis patrocinio munirentur. B. fffo. 30. conce. 107. 5

¶ Aduerte q̄ virtute p̄fate ꝯcessionis in capl'o gn̄ali celebrato in ꝯuentu / & ꝓuintia Burgensi anno dn̄i. 1523. facta sunt statuta gn̄alia ꝑ oībus ffribus mi. obser. in qbus tn̄ (sicut in reliqs statutis / seu ꝯstitutionibus gn̄alibus fieri ꝯsueuit) nō sunt reuocata p̄cedētia statuta / & ꝯstitutiones in aliis capl'is gn̄alibus ordinata: Et ideo nō solū tenent̄ p̄fati frēs ad hmōi statuta vltimo ordinata / verūetiā ad antiq̄ / saltē q̄ post statutū Sixti. 4. supraposituz. §. 3. edita sunt / Ac nō solū ad statuta gn̄alia / sed ēt ad ꝓuintialia: q̄ eandem vim obtinēt respectu subditoꝝ illius prouintie in qua facta sunt / vel fient. Circa qd̄ est notanda quedam ordinatio facta in capitulo generali celebrato in conuentu Montis Lucii sub tenore sequenti. ¶ Itē statutū est / q̄ qz singule ꝓuintie singulis indigēt particularib⁹ Collect. Statutū gn̄ale.

puisionib⁹/ppvarias disponẽs/⁊ pditiones cu iusc͠uqȝ puintie/idcirco vt oibus ꝺbite puideat dat singulis puintijs facultas faciẽdi ordma tiones sibi pueniẽtes: qs vult capl̅m gn̅ale ea dem aucte vigere quemadmodum constitutio nes ibidem facte. ffo. 241. tractatu. 2.

Aliud sta tutum. ¶ Itẽ in caplo Burgẽsi in statutis gn̅alib⁹ or dis ibidẽ factis statutũ est: ꝙ nulle pstitutiões vel ordinationes fiãt in caplis prouintialibus absqȝ maioris partis capituli cõsilio ⁊ assensu.

Stigmata.

1 Gregorius. 9. edidit quãdã bullam ad ppetuã rei memoriã in cõmendationẽ/⁊ laudẽ sacrox stig matũ seraphici pr̅is frãcisci: vbi acri ter increpat quẽdã ep̅m dubitãtẽ de hmõi stig matibus. B. fo. 11. ⁊ ffo. 96. conce. 109.

2 ¶ Idẽ Gregorius districte pcepit poib⁹ puin tialib⁹ ordis frȝ pdicatox/qtenus ingrerẽt an qdam fr̅ pdicti ordis pdicasset ꝯ stigmata bt̅i frãcisci/ac ꝯ frẽs mi. put sibi fuerat denũciatũ ⁊ ꝙ si ita fecisse inuenirẽt/suspenderent illũ ab officio predicationis/⁊ mitterent ad presentiaȝ eiusdem summi pontificis/vt iuxta sua demeri ta reciperet. b. fo. 21. ⁊ ffo. 23. conce. 6.

3 Alexãder. 4. edidit quãdã solẽnissimã bullã ad ppetuã rei memoriã in exalta tionẽ/⁊ laudẽ stigmatũ bt̅i pr̅is frãcisci pferẽs multa testimonia fideliũ psonax: q viderũt/⁊ pal pauerũt hmõi sacra stigmata: ⁊ insup addẽs p priũ testimoniũ. B. fo. 12. ⁊ ffo. 96. cõce. 107.

4 ¶ Idẽ Alexãder cõmẽdauit/⁊ eximijs laudib⁹ De mõte aluerne. exaltauit mõtem aluerne: vbi prefata stigmata fuerũt diuinitus impssa btõ frãcisco: ac in vir

tute sctē obediētie mādauit ꝑlatis fratrum mi-
ne ꝯuentum illic edificatū derelinquerent/ vel
destrui ꝑmitterent: sed ꝙ ibi aliquos frēs sta-
tuant/ qui debitum dn̄o reddant famulatū. b.
fo. 22. ⁊ fo. 24. conce. 10.

¶ Idē Alexāder scripsit vniuersis christifideli-
bus lr̄as patētes in cōmēdatione stigmatū ꝑ-
dictoꝝ: vbi posuit sequētia v̄ba. Grāde ac sin-
gulare miraculū quo. b. frācīscū ip̄e scōꝝ splē-
dor/ ⁊ glia dn̄s Jesus chr̄s mirabilr̄ decorauit
vobis fe. re. Gregori⁹ pa. 9. ꝑdecessor nr̄. clara
sua insinuatione lr̄aꝝ exꝑssit; vcꝫ ꝙ idē sanctus
cū adhuc spaciū ꝑsentis vite ꝑcurreret/ ⁊ post-
ꝙ illud feliciter consūmauit/ in manib⁹/ latere/
ac pedib⁹ specie stigmatū diuinitus extitit insi-
gnitus. Cū igit̄ tā insigne diuini amoris signū/
qd̄ vtiqꝫ an̄ obitū ei⁹ patuit/ ⁊ nobis etiā tunc
notū fuit/ cū eodeꝫ ꝑdecessore in minori adhuc
officio ꝯstituto/ ab oībus chr̄icolis credi firmi-
ter cupiamus/ deuotionē v̄ram. rogam⁹/ ⁊ hor-
tamur in dn̄o Jesu chr̄o/ in remissionem vobis
peccaminū iniūgēdo: qtenus ab assertione ꝯrā
(ꝗ nō nisi ex cordis malignitate ꝓcederet) aurē
⁊ mētē penit⁹ auertatis/ reddētes vobis eūdē
scm̄ digna veneratione ꝓpitiū apud deū/ vt ad-
iuti ꝓcibus ei⁹ ⁊ meritis felicitatis eterne possi-
tis ꝑticipiū obtinere. b. fo. 26. ⁊ fo. 29. ꝯc. 23.

5 Testimoniū stigmatum scti pr̄is frācisci.

¶ Idē Alexāder ꝓmulgauit sentētiā excōis/ a
ꝗ nullus posset absolui nisi ꝑsonalr̄ adiret sedē
aplicam/ ꝯ eos qui in regnis Castelle/ ⁊ Legio-
nis de imagine bti frācisci stigmata sacra abo-
leuerint/ seu abolere fecerint: ⁊ q ꝑdicauerint ꝑ-
dictum sanctū p̄fata stigmata nullatenus ha-
buisse: cuiuscunqꝫ ordinis vel conditionis exi-
stant. Et decreuit insup ꝙ si forte tales fuerint

6 Excōicatio.

doctores/seu lectores in theologia/seu in q̄cūq̄ alia facultate/aut potestatē audiēdi ꝯfessiones hn̄tes/incurrāt ꝑuationē p̄dictoꝝ officioꝝ. Et insup p̄cepit ecclīaꝝ p̄latis p̄dictoꝝ regnoꝝ q̄tenus hm̄oi lr̄as notificēt chr̄ifidelib⁹/ ⁊ p̄dicta oīa faciāt firmiter obseruari/ꝯdictores per cēsurā ecclīasticā (appellatione postposita) cōpescēdo. b. fo. 26. ⁊ ffo. 27. conce. 18.

Pene ꝯ aduersantes stigmatibus scti p̄ris frācisci.

7 Nicolaus. 3. approbauit ⁊ ꝯfirmauit quandā bullā Gregorij. 9. in fauorem stigmatum beati frācisci editā: illamq̄ꝫ suis literis inseruit: que est quasi de v̄bo ad v̄bum sicut suprapòsita Alexandri. 4. §. 5. Habet aūt. B. fo. 11. ⁊ ffo. 95. conce. 205.

8 Sixtus. 4. informatus ꝙ nōnulli religiosi q̄sdaꝫ scās/⁊ maxime. s. Catherinā de senis in diuersis partib⁹ sine ꝯsensu ⁊ approbatione sedis ap̄lice/ac (vt credit̄) sine rei v̄itate/ cū stigmatib⁹ chr̄i ad instar bti frācisci depingebāt: ac ꝙ in publicis p̄dicationib⁹ asserebāt p̄dictaꝫ. s. Catherinā recepisse a chr̄o stigmata verius q̄̄. s. frāciscus. Attēdens hoc esse preiudiciū veritatis/⁊ honoris p̄dicte sedis ap̄lice fecit ꝓuisionē infrascriptā dicēs sic. Nos igit̄ d̄ premissis plenariā hn̄tes notitiā: ⁊ ꝙ si dicta scā Catherina stigmata hm̄oi habuisset/felicis recordationis Pius papa. 2. p̄decessor nr̄ q̄ eādem scām cathalogo scōꝝ ascripsit/⁊ suaꝝ v̄tutū prerogatiuas in sua canonizatione luculētissime declarauit/spālem de hoc singulari ꝑuilegio fecisset memoriā: hm̄oi supplicationibuꝫ inclinati vniuersis ⁊ singulis quoꝝcunq̄ꝫ ordinū professoribus/⁊ alijs ꝑsonis vtriusq̄ꝫ sexus cuiuscūq̄ꝫ dignitatis/status/gradus/ ⁊ ꝯditionis fuerint aucte ap̄lica tenore presentiū in vir

De. s. Catherina d̄ Senis.

Nota.

tute obediētie/ꝛ sub excōis pena(quā ꝯ facientes ipso facto incurrāt/ꝛ a q̄ p aliū/q̄ꝫ Romanū pōtificez nisi in mortis articulo dūtaxat absolui nō possint) districtius inbibemus predicatorib⁹/vt a p̄dicationib⁹/ꝛ assertionibus hmōi deinceps desistāt/ac premissis/ꝛ alijs qbuscūqꝫ vt picturas cū hmōi stigmatibus auferāt/ꝛ auferri vbilibet faciāt/atqꝫ ꝓcurent infra spaciū vnius anni a publicatione presentiū:nec liceat alicui eādem scām Catherinā depingi facere cū ipsis stigmatibus:donec eadē sedes aplica hoc approbauerit/ꝛ p spāle priuilegiū scām ipsam cum ipsis stigmatibus depingi ꝯcesserit. b.fo.53.ꝛ ffo.50.conce.54? Excōicatio. Prohibitio.

9 ¶ Idez Sixtus q̄ post lr̄as immediate suprapositas fuit informatus/q̄ nōnulli ꝓprijs inherentes affectibus māda tis predictis nō obediebāt/ꝑhabitis ꝯsilio ꝛ assensu/ꝛ matura delibe ratione cū scīe Romane ecclesie cardinalibus statuit/ꝛ ordinauit:q̄ nulliꝰ sancti/aut sancte beati/aut btē figura aliqua cū dictis stigmatibus depingi possit quouis modo/quo extimari possit/vel credi illū/vel illā hmōi stigmata habuisse/excepta imagine beati frācisci/quē multipliciter ꝯstat stigmata a chr̄o recepisse: Ac ēt ꝓhibuit ne aliqs in p̄dicationibus ad populū/ vl̄ aīs scriptura/aut v̄bo asserere/aut affirmare presumat aliquē sanctū/vel sanctā/beatuꝫ/aut beatā stigmata hmōi habuisse:Et sup hiꝰ impo nit grauissimas censuras/ꝛ penas quas incurrant diuersimode facientes cōtra premissa:Super quibus etiam dat conseruatores oēs ecclesiarum prelatos/ꝛ alios in ecclesiastica dignitate constitutos.B.ffo.217.conce.520. Prohibitio in fauorē scti francisci. Excōicatio.


10 ¶ Idē Sixtus q̄ post oia supradicta/p quas

dā suas lr̄as suspenderat ad tp̄s ce̅suras/ ꝛ pe nas p eū impositas ꝫ depigētes sanctā Catherinā de Senis cū stigmatib⁹/ declarauit dictā ꝫ suspēsionē de cetero nō valere: ꝛ decreuit ꝙ l̄re pdicte sup stigmatib⁹ edite ob suspēsionē p̄fatā nullatenus reuocate ce̅seri debere/ sed in suo robore/ ac vigore permanere/ ac si hm̄oi suspensio non emanasset. Ac insuper mandauit de nouo sub censuris in p̄dicta bulla ꝯtentis/ ne p̄fatam imaginem beate Catherine de Senis amplius cum stigmatibus depingat: ꝛ ꝙ imagines sic depicte aboleantur/ non obstātibus q̄buscūqꝫ. B. fo. 40. ꝛ ffo. 124. conce. 271.

De. s. Catherina d Senis. Ercōica tio.

Collect. ¶ Ultra supradicta sunt nōnulla alia ꝯcessa ob honorē ꝫ/ ꝛ reuerentiā stigmatū bti frācisci. ¶ Et primo sunt ꝯcesse alique indulgentie/ q̄s pn̄t ꝓmereri oēs in die imp̄ssionis hm̄oi sacroꝝ stigmatū: ꝛ hee posite sunt supra in dictiōe Indulgentie quo ad seculares. 1. in. §. 2. ¶ Scd̄o fuit ꝯcessum/ vt in p̄fata die imp̄ssionis stigmatum possit suspendi interdictū: hoc autem habetur in dictione Interdictum. 2. in. §. 3.

Studentes fratres.



1 Gn̄alis minister. De reductiōe fratrum studentium.

Eugenius. 4. ꝯcessit auctē ministro gn̄ali fratrū mi. reducēdi frēs studētes cuiuscūqꝫ gradus/ ꝛ ꝯditionis existāt ad suā ꝛ alioꝝ platoꝝ dicti ordinis regularem obedientiā/ ꝛ cōēꝫ viuendi modū/ iuxta formā regule/ ꝛ p̄fessionis statutorūqꝫ eiusdē ordinis: nō obstātib⁹ q̄buscunqꝫ in ꝯtrariū facientib⁹. Et insup voluit ꝙ p̄fat⁹ gn̄alis minister/ ꝛ alij p eū deputādi habeāt facultateꝫ/ ꝛ ptāteꝫ plenariā oēs/ ꝛ singulos supra

dictos fratres obedire recusantes / et cõtradictores quoscũq; p censuras ecclesiasticas: et alia iuris remedia (appellatione postposita) compescendi: inuocato etiã ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. b. fffo. 84. conce. 246. Appellatio.

Pius. 2. pcepit gñalibus quatuor ordinum medicãtiũ: quatenus oẽs et singulos suorum ordinum pfessores / qui spũ rebellionis assumpto / platis suis obtẽperare / eorũq; salutares correctiões / et disciplinã effugere / aut despicere psumpserit: et vt impune hoc efficiãt / rectorũ / seu gubernatorum / et pruatorum studiorum psidia / et patrocinia implorauerint ptendẽtes se exemptos ab ipsorum ordinum iurisditione / et ptãte / ac correctione / cuiuscũq; gradus / vel cõditiõis existãt: nisi (canonica monitiõe pmissa) ab hmõi resipuerit / et debitã a pdictis gñalib9 p cõmissis pniãm humilr susceperint / ac mãdatis eorũdẽ gñaliũ efficaciter obtẽperare studuerint / aucte aplica denũcient: et ab alijs vbi / et qñ / et quoties expedierit denũtiari faciant pdictos frẽs excõicatos esse / et ab oibus magisterij / bachalariatus / lectoratus / biblijstatus officijs / alijsq; dignitatibus / et honorib9 dictorum ordinũ exutos fore. Et insup si eorum ptumacia / pteruitas / vl rebellio id exegerit / carceribus ad pniam peragẽdã intrudi faciãt: donec ad cor reuersi salutaribus monitis / et mãdatis se subiecerint: et a predicta excõicationis snia absolutionis bñficium meruerint obtinere. B. fffo. 86. conce. 249. 2 Pro oib9 gñalib9 mendicantium. Excõicatio. Gradus scholastici. Correcti

Innocẽtius. 8. fecit qndã pcessionẽ notabilẽ circa modũ / q platι obseruantes possunt corrigere frẽs pcentuales studẽtes in quibuslibet vniuersitatibus Hispanie: Uide illam supra in dictione Correctio fratrũ. §. 11. 3 De correctiõe studentium.

4 De habitatiõe ex ɔuentus. Julius .2. statuit ⁊ ordinauit/ꝙ frẽs ordinis pdicatoꝝ/aut minoꝝ nõ possint commorari extra domos suoꝝ ordinũ causa/vel respectu studij/siue in Salmantina / siue in alijs ciuitatibus/⁊ locis qbus lfaria studia vigeãt/ pter ⁊ absqз licẽtia ꝓuintialiũ prioꝝ/seu ministroꝝ/vel eoꝝ vicarioꝝ respectiue/ac illa durãte dũtaxat/etiã de licẽtia sedis aplice/aut ptextu quarũcunqз facultatũ/ac indultoꝝ/⁊ lfarũ aplicaꝝ Salmantinesi. ⁊ alijs vniuersitatibus pdictis ꝑ tpe ɔcessoꝝ. Et super hoc ponit penas/⁊ censuras:ac dat ɔseruatores quosdã. B. ffo.209.ɔce.512.⁊ fffo.70.ɔce.217.

Collect. ❡ Qualiter frẽs mi.⁊ predicatores studentes possint assumere gradus scholasticos/dictũ est supra in dictione Gradus scholastici.

❡ Aduerte tamen/ꝙ ista non pertinent ad fratres obseruantes sed ad conuentuales exceptis illis qui in conuentu ꝑarrisiensi student.

Succedere.

Collect. ❡ Circa successionem hereditatum sunt multa/ ⁊ varia concessa/⁊ statuta per multos summos pontifices:que omnia posita sunt supra in dictione Heredes/⁊ Hereditas. Uide ibi.

Superfluitates.

Collect. ❡ Qualiter superflua que in conuentibus fratrum min.obser.reperta fuerint/possint/⁊ debeant tolli per generalez dicti ordinis:habetur supra in dictione Generalis minister.§.3.⁊.5. ⁊ in dictione Ornamenta.§.1.

Suspensiones.

❡ Distinctio materie suspensionis.

Collect. ❡ Aduertẽdũ/ꝙ in priuilegijs fratrũ mino. ⁊ alioꝝ mẽdicãtiũ reperiunt nõnulla ptinẽtia ad

hāc dictionē suspēsio. ¶ Et primo ea q̄ ↄcernūt absolōnē/seu dispēsationē a suspēsionib⁹ incur/sis p frēs/habent in dictione Absolō ordinaria quo ad frēs. §.4.⁊.7.⁊.8. ¶ Scdo de illis q̄ tāgūt suspēsionē priuilegiorū/⁊ indulgentiarū dictū est in dictione Priuilegia in multis. §. vbi in margine posita est hec dictio Suspensio.

Syndicus.

¶ Sciendū q̄ oia q̄ in priuilegijs fratrū mi. cōtinent respectu syndicorū a sede apl'ica deputatorū pro hmōi ffibus/sunt superius posita in dictione Procuratores fratrū: q̄a tali noie frequētius reperiunt nominati. Uide ergo illa in predicta dictione Procuratores fratrum. Collect.


Tertiarij fratres ⁊ sorores.

¶ Distinctio materie infrascripte.

¶ Aduertēdum est/q̄ ea que in priuilegijs fratrū mi. ptinent respectu tertiariorū sunt in multiplici differētia. ¶ Quedā enim attinēt ad ipsorū regulā/⁊ pfessionē absolute: ⁊ hec habent in. §.2.⁊.6.⁊.7.⁊.12.⁊.13.⁊.18.⁊.25. Collect.

¶ Alia ptinent in speciali ad subiectionē/⁊ obedientiā quā ijdem tertiarij habere debēt: ⁊ ista ponuntur in. §.3.⁊.4.⁊.5.⁊.8.⁊.16.⁊.17.

¶ Nonnulla ↄcernunt eorūdem tertiariorum exemptionē/⁊ alia priuilegia: ⁊ hec continent in §.1.⁊.4.⁊.9.⁊.11.⁊.12.⁊.14.⁊.19.⁊.20.⁊.21.⁊.22. ac.23. ¶ Reliqua vō respiciunt absolōnes/⁊ administrationē sacramētorū: hec aūt ↄsistunt in. §.8.⁊.15. vltra ea q̄ posita sūt supra in dictionib⁹ Absolutio ordinaria/⁊ Absolutio extraordinaria quo ad frēs: nam ratione cōicationis priuilegiorū possunt gaudere illis oibus concessis fratribus quorū sunt tertiarij.

1 Regorius.9.ꝯcessit ꝙ tertiarij btī frācisci nequeāt cōpelli ad aliqđ iuramentū: nisi pacis/ac fidei/⁊ calūnie/aut testimonij: Et statuit ꝙ nō grauent ampli us impositione onerum/ꝙ̄ sui concines.b.fo.19.

Collect. ¶ Aduerte/ꝙ tertiarij de qbus in hac ꝯcessio ne fit mētio sunt illi q in ꝓprijs domibus viuūt ⁊ non fecerunt tria vota essentialia religionis.

2 Nicolaus.5.approbauit ⁊ ꝯfirmauit regulā frm/⁊ soroꝝ tertij ordis beati frācisci inserendo totā regulā hmōi in suis literis.B.fo.49.⁊ ffo.132.conce.298.

Collect. ¶ Aduerte/ꝙ p̄dicta regula ꝑncipalr attinet/ad ꝑsonas q̄ in seculo remanētes volūt viuere strictius ꝙ̄ alij chr̄iani: ⁊ paꝝ ꝑtinet ad ꝑsonas religiosas q̄ fecerūt tria vota/⁊ viuūt in cōitate: ⁊ iō ꝑ illis tertiarijs/taꝫ feminis/ꝙ̄ viris q sunt veri religiosi/fecit Leo.10.aliā regulaꝫ/q in fine ponit ad lraꝫ/ꝓut fuit ordinata: qꝛ nullibi reperi eam impressam:

3 Uisitatores. ¶ Idem Nicolaus statuit/vel potius ꝯsuluit: ꝙ predicti tertiarij procurent assumere visitatores/⁊ reformatores de ordine fratrum minorum.B.fo.33.⁊ ffo.116.conce.254.

4 Cōicatio ꝑuilegio. ¶ Idē Nicolaus p̄fatis tertiarijs/q iuxta suū ꝯsiliū elegerint visitatores de ordine frm mi. ꝯdit suā būdictionem/⁊ ꝯcessit ꝙ gaudeant priuilegijs eiusdem ordinis penitentium/seu tertiarioꝝ a sede aplica ꝯcessis/⁊ imposteruꝫ ꝯcedendis. Et insuper voluit ꝙ hmōi tertiarij/ qui sequuti fuerint suū ꝯsilium accipiendo visitatorē de ordine mi. habeant/⁊ debeant habere ministros de seipsis/iuxta formā in predicta regula

comprehensam. B. fo. 33. ⁊ ffo. 116. conce. 255.
¶ Aduerte φ vt ex p̄dictis clare colligitur: φ tertiarij qui non stāt sub obedientia fratrū mi. nec gaudent suis priuilegijs/ nec possunt habere ministros pro suo regimine: q̄d est notandū quia a paucis circa hoc aduertitur. Collect.

Martinus. 5. circa subiectionē p̄fatorū tertiariorū sub obediētia gn̄alis/ ⁊ puīcialiū ministrorū ord. frm mi. edidit quādā bullā/ cōmittēs h̄ negociū cuidā cardinali: sed q̄ nō p̄stat qd sup hoc idem cardinalis fecerit/ predicta bulla de nullo videt̄ deseruire. h̄ tñ. B. fo. 32. ⁊ ffo. 115. conce. 253. 5

Eugenius. 4. p̄cessit/ φ sorores tertij ordis/ solūmodo teneant̄ ad illa ieiunia ad q̄ frēs ordinis mi. regulā obseruātes obligati sunt: ⁊ φ eosdē modos seruent in cibis q̄dragesimali tp̄e/ exceptis debilibus/ ⁊ infirmis. b. fo. 46. ⁊ ffo. 42. conce. 47. 6 Jeiuniū.

Sixtus. 4. statuit ac decreuit: φ votū obediētie/ paup̄tatis/ ⁊ castitatis emissū a tertiarijs bti frācisci habeat vim/ ⁊ valitudinē voti solēnis/ ac oēm inducat effectū quē inducit votū solēne factū cuicūq̄ de religionibus a sede ap̄lica approbatis: Ac districte p̄cipiēdo mādauit oibus ⁊ singulis cuiuscūq̄ gradus/ dignitatis/ ordinis aut conditionis fuerint/ sub quorū cura/ vl' iurisditione predicti tertiarij fratres/ vel sorores tūc degebāt/ aut in futurū d̄egere cōtingeret: ne fratres/ vel sorores prenoiatos prefatū votum modo predicto emittētes matrimonium contrahere/ vel ante contractū cōsummare/ aut religionem ipsam dimittere/ ⁊ ad secularem vitam redire permittant. Decreuitq̄ irritū q̄cq̄d in p̄riū factū fuerit: ac ipsos 7 Votum.

Excõica-tio. frēs/vel sorores id faciētes excōis sentētia in-nodatos fore.B.fo.33.ꝛ ffo.117.cōce. 256.

8 De subiectiõe plātis ordis mino. ¶ Idem Sixtus statuit: q̄ gnāles/ꝛ ꝓuintia-les ministri ordinis mi.ꝛ eoꝝ vicarij/tā ꝯuētua-les/q̄ obseruātes habeant sub sua iurisditione oēs frēs/ꝛ sorores tertij ordinis beati franci-sci vbilibet infra ꝓuintias eis cōmissas ꝯsisten-tes/ac eos charitatiue visitēt: ꝛ eosdē iuxta re-gularia instituta dicti ordinis instruāt/ꝛ refor-mēt/necnō ꝛ corrigāt/etiā p ablationē habitꝰ

Correct. De receptione ad ordinem tertiario. dicti tertij ordinis: si id qualitas excessus exe-gerit. ¶ Et silr statuit q̄ predicti prelati ordis mino. possint recipere volētes aggregari hmōi tertio ordini: ac ēt q̄ possint eisdē tertiarijs d-putare visitatorē/seu ꝯfessorē p̄dicti ordis mi. de obs. vel ꝯuentualium: ꝓut eis plus placue-rit/q eisdez tertiarijs oia ecclesiastica sacra mi-nistrare debeat.B.fo.8.ꝛ ffo.92.conce. 201.

Collect. ¶ Aduertēdū est circa supdcm̄ d receptiōe ad ordinē tertiarioꝝ: q̄ ꝓfessio dz fieri ꝯformis re-gule eorūdē tertiarioꝝ de q̄ supra.§.2. Debet etiā fieri in cōitate: vt colligit ex alijs lris Si-xti: Debent etiā alia ꝯcurrere q̄ in p̄dictis lris ꝯtinentur: que si nō ꝯcurrerint/nō gaudebunt priuilegijs tpalibus fratrum minoꝝ: prout la-tius dicitur in fine huius dictionis.

9 Cōicatio ꝓuilegio. ¶ Idem Sixtus in bulla aurea ꝯcessit/vt ter-tiarij vtriusq3 sexus ordinū p̄dicatoꝝ/ꝛ minoꝝ gaudeāt eiusdē ꝓuilegijs/ꝛ imunitatibus/ gra-tijs/fauoribus/ꝛ ꝯcessionibꝰ/ac indultis spūa-libus/ꝛ tpalibus/ꝯcessis/ꝛ impostez ꝯcedēdi; ordinibus p̄dictoꝝ fratrū p̄dicatoꝝ/ꝛ minoꝝ/ ꝛ illoꝝ ꝓfessoribus/ac domibus/ꝛ locis procu-ratoribus/ꝛ oblatis/seu alijs quolibet/ quate-nus statui/ꝛ ꝯditioni predictoꝝ tertiarioꝝ ꝯue

nire possint. B. fo. 66. ⁊ ffo. 148. conce. 362.
¶ Aduerte / ꝙ hoc est intelligendũ de illis ter/ tiarijs / q faciũt tria vota: ⁊ viuũt in cõitate / de qbus idem Sixtus fecit mentionẽ supra. §. 7. Collect.
¶ Idẽ Sixtus statuit: ꝙ frẽs pdicatores ⁊ mi. recipiẽtes / seu admittẽtes ad puilegia ⁊ immũnitates suoꝝ ordinũ quoscũqꝫ laicos vtriusqꝫ sexus pretextu tertij ordinis / seu alterius modi viuẽdi: nisi gestauerint habitũ dicti tertij ordinis / ⁊ pfessionem emiserint solitã / ⁊ in ꝯgregatione viuãt ⁊ in cõi / sint excõicati / nõ obstantibus quibuscunqꝫ: Habet̃ in bulla prefati Sixti que incipit / Detestanda nonnulloꝝ ambitio prout allegat̃ in quadam tabula priuilegiorũ p quendam cõmissarium Romanũ cõpilatam: non tñ habetur in libris priuilegioꝝ impressis. 10 Excõicatio.

Innocentius. 8. extẽdit gras / ⁊ indulta cõcessa fratribus / ⁊ sororib' tertij ordinis in communi viuentibus / etiam illis qui viuunt in particulari. o. fo. 64. ⁊ ffo. 69. cõce. 146. ⁊ fffo. 100. conce. 375. 11

¶ Aduerte / ꝙ hmõi ꝯcessio debet intelligi solũ de gratijs spiritualibus / qr cuꝫ sit facta oraculo viue vocis / nihil deseruit pro rebus tpalibus. Est etiã intelligẽda hec ꝯcessio de illis tertiarijs / qui licet viuant in particulari / vouerũt tamen tria vota in communitate. Collect.

¶ Idem Innocẽtius declarauit / ꝙ sorores tertij ordinis / etiã in cõi viuentes / q̃uis se astringãt ad plura q̃ in eaꝝ regula ꝯtinentur / nõ includunt̃ sub ꝯstitutione Joãnis. 22. reprobantis vitã ⁊ ritus fratricelloꝝ: put a nõnullis credebatur. B. fo. 38. ⁊ ffo. 122. conce. 266. 12 De sororibus tertiarijs.

¶ Idem Innocentius concessit / ꝙ predicte sorores tertij ordinis beati frãcisci possint libere 13

De soro/ ribus ter tiarijs.

 licite sumere velum nigrum/ sub perpetua clausura manere quandocunq predictis soro/ ribus/ac ministris ordinis mi. vel alijs earum superioribus(sub quo cura existet) placuerit: ac earūdem statui visum fuerit expedire. B. fo. 38. ffo. 122. conce. 266. in fine.

14 De soro/ ribus ter tiarijs. Exēptio a decimis

Alexāder. 6. pcessit/ sorores tertie regule in pgregatione sub cura fratrum mino. obser. degentes: que pro maiori parte ex elemosynis christifideliū labore manuū sua/ rum victū vestitū recipiunt/non possint cogi ad solutionē alicuius decime/seu taxe/aut col/ lecte/que pro tpe imponi cōtigerit/etiā si aliqd habeant pprij: quod tñ non sufficit eis ad quo/ tidianas expensas. b. ffo. 56. conce. 66.

15 De pfesso rib secu/ larib de/ putādis.

Idem Alexander concessit/ gñalis puin tiales ordinis mi. obser. possint cum cōsilio ali/ quo fratrū deputare cōfessores presbyteros seculares/vel alio ordinum regulares bone stos/pro ffibus sororib tertij ordinis / vbi/ cunq in partibus vltramontanis cōmorātib (.i. in partibus gallia/ hispania / ceteris eis annexis) qbus sua pctā confiteri / ab eis quecūq ecclesiastica sacra recipere possint/ita tamen/ pfessores hmōi nullo modo debeant ingredi claustra/seu interiores officinas dicta soro absq alterius psone bone vite fame so cietate: Attamē predictā deputationē fieri pos se cōcessit solum in locis/in quibus frēs mino. obser. aut conuētuales cōmode hri nō possunt. B. fo. 39. ffo. 123. conce. 269.

Ingredi monaste/ ria.

16 De subie ctiōe pla/ tis ordis mino.

Julius. 2. confirmauit lras Sixti. 4. suprapo sitas. §. 8. ac illis perpetue firmitatis robur adiecit/suppleuitq oēs singulos iu/ ris facti defectus siqui forsan iteruenerint in

eisdē: Et insup de nouo subiecit oēs frēs 7 soro
res tertij ordinis vbiqz locoꝝ p vniuersuz orbē
ꝯsistētes sub obediētia 7 correctione gñalis 7
ꝓuintialiū fratrū mi. de obser. 7 ꝯuētualiū: ita
ꝙ eos visitare 7 corrigere possint iuxta formā Visitatio
ꝑdictaꝝ lraꝝ Sixti. 4. Sup his aūt iponit gra
ues cēsuras 7 penas ꝑdetis ttiarijs/nisi cū effe
ctu paruerit hmōi lris ifra certū terminū: ac ēt
sup hoc dat certos ꝯseruatores. B. ffo. 223. ꝯ. 529

¶ Idem Julius dedit postea alias lras ad cō/ 17
firmationē supraſcriptaꝝ immediate cum ma/ Cōfirm.
gnis clausulis/ 7 non obstātijs/ac deputatione
conseruatorum. B. ffo. 225. conce. 530.

¶ Idē Julius statuit/ꝙ tertiarij portēt vbiqz 18
habitū talē/ꝙ distinguant a frībus ꝑmi ordi/ Habitus
nis. s. fraciſci: 7 ꝙ cōstituant oibus illis de ter fratrū.
tia regula/quocūqz noie nūcupent/ 7 vbicūqz
sint p vniuersuz orbē/habitus vniformis: q sit
cōis oib⁹ ipsis vbiqz/tam in forma ꝙ̄ in colore/
ita ꝙ nulla differentia sit in habitibus eoꝝ: In
forma aūt ꝙ ad minus habeāt caponē latū/vt
desuper scapulas descēdat ab vtraqz parte p
quatuor digitos: In lōgitudine vo tam a par/
te anteriori ꝙ̄ posteriori attigat infra cingulū:
vt super illud possit cingi: Color quoqz sit ma/
gis ad nigredinem tendens ꝙ̄ ad albedinē: put
habetur. B. ffo. 215. conce. 519.

Leo. 10. in cōcilio Lateranēsi statuit/ ꝙ frēs 19
7 sorores tertij ordinis in ꝓprijs domi/ De tertia
bus habitātes valeāt sepulturā eligere/vbi vo rijs in pti
luerint: 7 ꝙ die paschatis tantū Eucharistiā/ culari vi/
necnō extremā vnctionē/ceteraqz ecclesiastica uentibus
sacra (penitentie sacramēto dūtaxat excepto) a
proprio sacerdote parrochiali recipere debe/
ant: Et voluit ꝙ ad onera que laicis incūbunt

perferenda teneant: ac q in foro seculari coram iudicibus secularibus conueniri possint. Et insu/
Sacra. Interdi/ctum. per decreuit q pdicti tertiarij in pprijs domi/b9 habitātes nullatenus admittant tpe inter/dicti/ad audiēdā diuina in ecclesijs ordinum/quoz sunt tertiarij: si cām dederint interdicto/vel cām ipsam nutriant/seu foueant/aut danti/bus auxiliū/cōsiliū/vel fauorem quoquomodo prestiterint. B. fffo. 26. conce. 86.

Collect. ¶ Aduerte/q pdicta intelligenda vident generaliter de qbuslibet tertiarijs in particulari vi/uentibus/quia cum lex nō distinguat / nec nos distinguere debemus: & pcertim qa pro viuen/tibus in cōi facta est postea sequens concessio.

20 Cōicatio puilegio. ¶ Idem Leo vbi supra statuit/q tertiarij col/legialiter viuentes/seu cum claustralib9 habi/tantes/aut mulieres virginalem/seu celibē/aut castā viduale vitā ducētes expressovoto/& sub dicto habitu/gaudere debeant priuilegijs qb9 frēs ordinis/cuius tertie regule habitū gestāt/potiunt/& gaudent. B. fffo. 26. conce. 87.

21 Pro so/rorib9 ter tiarijs. ¶ Idem Leo ꝯfirmauit/& approbauit/ac inno/uauit supradictis lrās Sixti. §. 8. cum oibus & singulis in eis ꝯtentis clausulis/ac perpetue fir/mitatis robur obtinere debere decreuit. Et in/

Excōica/tio. super inhibuit omnibus & singulis plātis eccle/siasticis sub excōicationis late sentētie pena/ne sorores tertie regule beati frācisci/que tria es/sentialia vota emittendo collegialiter viuunt/quasq ꝯformiter ad prefati Sixti lrās veras religiosas esse declarauit/quolibet impedire p/sumant/quominus hmōi sorores iuxta puilegia fratrū mi. possint libere & licite habere orato/ria/seu eccrias cū cāpanili humili & cāpana/ac in illis sacrm Eucharistie in loco decenti & ho/nesto/

nesto/necnō oleū sanctū ꝑ eaꝝ vsu tm̄/⁊ cemiteriū bn̄dictū/in quo sororꝝ decedētiū corpora sepeliri possint/ac in eisdē ecclijs aquā bn̄dictā solēniter bn̄dici/missasqꝫ ſm eaꝝ deuotionē cātari/⁊ celebrari facere. B.ffo.35.conce.119.

¶Idem Leo statuit/ꝙ p̄dicte sorores tertie re 22
gule collegialiter viuētes nullatenus possint cō De soro/
pelli ꝑ supradictos p̄latos ecclesiaꝝ ⁊ rectores ribus ter
aut quosuis alios ad audiendū missas ⁊ alia di tiarijs in
uina officia in alio loco ꝙ̄ in dictis suis ecclesijs cōi viuen
aut ad suscipiendū ecclesiastica sacra ab alio ꝙ̄ tibus.
a ꝯfessore regulari/vl' seculari eis ꝑ eaꝝ superio Sacra.
rē assignādo/nec desup quōlibet molestari valeant:ac ꝙ hmōi ꝯfessor(si secularis fuerit)ꝙ̄diu officiū p̄dictū ꝯfessionis a dictis supioribus sibi impositū ꝯtinuauerit/nequaꝙ̄ ꝑ locoꝝ ordinarios in premissis impediri possit:Et tādē circa premissa dedit ꝯseruatores oēs in dignitate ecclesiastica ꝯstitutos.B.ffo.35.conce.119.

¶Idē Leo dedit p̄fatis sororib⁹ copiosam exē 23
ptionē a solone cuiuslꝫ decime/aut taxe/vl' col Exēptio.
